

**INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE**

---

**E L E M E N T A  
AD FONTIUM EDITIONES  
LXII**

**DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO  
AD POLONIAM SPECTANTIA  
XXX PARS**

**Ostpr. Fol., vol. 45, 53, HBA, B, K. 1170, 1171, 1172, 1547-1548**

**ediderunt**

**CAROLINA LANCKOROŃSKA et LUCIANUS OLECH**



**NON EXTINGUETUR**

**R O M A E 1 9 8 5**

# INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

## VIA VIRGINIO ORSINI 19 - ROMA

IAM PRIDEM ROMAE PRODIERUNT HAEC VOLUMINA

(continuatio *Studia Teologiczne* — Wilno, vol. I-X):

- XI — MEYSZTOWICZ V., *Repertorium bibliographicum pro rebus Polonicis Archivi Secreti Vaticani*. Vaticani, 1943.
- XII — MEYSZTOWICZ V., *De Archivo Nuntiaturae Varsaviensis quod nunc in Archivo Secreto Vaticano servatur*. Vaticani, 1944.
- XIII — SAVIO P., *De Actis Nuntiaturae Poloniae quae partem Archivi Secretariatus Status constituant*. Romae, 1947.
- XIV — MEYSZTOWICZ V., *Prospectica descriptio Archivi Secreti Vaticani*. (Ed. chirotypica, exhausta).

ANTEMURALE, I-XXVII, Romae, 1954-1983

### ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES

- I — *Polonica ex Libris Obligationum et Solutionum Camerae Apostolicae*. Collegit J. LISOWSKI, pp. XV+292, 704 doc. (A.D. 1373-1565), 1960. (Archivum Secretum Vaticanum).
- II — « *Liber Disparata Antiqua Continens* » Praes. E. WINKLER, pp. XVIII+190, 281 doc. (ante a. 1424), 19 fascs 1960. (Archivum Secretum Vaticanum).
- III — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, I pars. Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, XVIII+162, 1144 doc. (A.D. 1565-1787), 29 tab. 1961.
- IV — *Res Polonicae Elisabetha I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+311, 166 doc. (A.D. 1578-1603), 9 tab., glossarium verb. ang. ant., 1961.
- V — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Dragonetti de Torres in Civitate Aquilana*. Ed. P. COLLURA, pp. XI+86, 483, doc. (A.D. 1568-1682), 4 tab., 1962.
- VI — *Res Polonicae Iacobo I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XI+396, 281 doc. (A.D. 1603-1629), 8 tab., glossarium verb., ang. ant., 1962.
- VII — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, II pars., Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. XVI+250, 1205 doc. (A.D. 1641-1676), 11 tab., 1962.
- VIII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. X+214, 1 doc. (A.D. 1514-1576, 1720-1791), 7 tab., 1963.
- IX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, I pars. Coll. L. KOCZY, pp. XII+184, 98 doc. (A.D. 1526-1572), 8 tab., 1964.
- X — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, III pars. Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. XVI+, 1399 doc. (A.D. 1568-1676), 12 tab., 1964.
- XI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, II pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VIII+287, 214, doc. (A.D. 1567-1579), 7 tab., 1964.
- XII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, III pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. V+291, 163 doc. (A.D. 1571-1576), 5 tab., 1964.
- XIII — *Res Polonicae ex Archivo Musei Britannici*, I pars., Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+175 (A.D. 1598), 2 tab., 1965.
- XIV — *Collectanea ex rebus Polonicis Archivi Orsini in Archivo Capitolino Romae*, I pars. Ed. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. VI+234, 177 doc. (A.D. 1575-1668), 4 tab., 1965.
- XV — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, IV pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VI+340, 211 doc. (A.D. 1576-1587), 5 tab., 1966.
- XVI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, V pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VII+336, 227 doc. (A.D. 1587-1590), 5 tab., 1966.
- XVII — *Res Polonicae ex Archivo Musei Britannici*, II pars. Ed. C. H. TALBOT, pp. VII+311, 169 doc. (A.D. 1411-1616), 2 tab., 1967.
- XVIII — *Collectanea ex rebus Polonicis Archivi Orsini in Archivo Capitolino*, II pars. Ed. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. VIII+256, 140 doc. (A.D. 1669-1676), 4 tab., 1968.





**INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE**

---


**E L E M E N T A  
AD FONTIUM EDITIONES  
LXII**

**DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO  
AD POLONIAM SPECTANTIA  
XXX PARS**

**Ostpr. Fol., vol. 45, 53, HBA, B, K. 1170, 1171, 1172, 1547-1548**

**ediderunt**

**CAROLINA LANCKOROŃSKA et LUCIANUS OLECH**



**NON EXTINGUETUR**

**R O M A E 1 9 8 5**

SUMPTIBUS  
FUNDATIONIS  
LANCKORÓNSKI  
FRIBURGI HELVETIAE

EDIDIT:  
INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE  
VIA VIRGINIO ORSINI, 19 - ROMA

## I N D E X R E R U M

Introductio . . . . .	Pag.	VII
Abbreviationes . . . . .	»	VIII
Textus . . . . .	»	3
Elenchus epistularum . . . . .	»	255
Index personarum et locorum . . . . .	»	265
3 tabulae		



## INTRODUCTIO

*Lectori hoc volumen nostrum in manus sumptuoso facile imprimis apparbit numerum documentorum, quae in ipso publicantur, longe esse maiorem, quam in aliis seriei nostrae Regiomontanae voluminibus, quibus similiter duorum annorum spatium claudebatur. Continentur enim in hoc LXII volume, annos 1547-1548 complectente, 452 epistulae (dum in volumine praecedenti 247 tantum scripta comprehensa sunt), quae ab Alberto in Prussia duce, nonnunquam quoque ab illius consiliariis, ad omnis generis et conditionis homines, praesertim in Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithuaniae degentes, scriptae et missae erant.*

*Haec tam magna epistularum moles ex una parte testis est mirae sane et insolite industriae ac sedulitatis ipsius ducis Alberti, qua in rebus suis promovendis utebatur, ex altera vero demonstrat, quantae et quam magni momenti res illis duobus annis acciderunt. Quarum primo loco procul dubio ponenda est primum aegritudo, deinde mors ipsa Sigismundi I, regis Poloniae senioris, qui die 1 Aprilis 1548 anni diem suum obivit. Quo mortuo, paternum regnum adeptus est Sigismundus Augustus, "rex iunior", qui consobrino suo, duce Alberto, triginta annis minor erat et cuius nunc ille princeps feudatarius esse incipit, et re ipsa cum novo rege creberrimo litterarum commercio, praesertim quod ad res suas et Ducatus sui attinet, uti cogitur, quamquam rex senior iam anno 1547 in rebus publicis minoris procul dubio apud ducem erat ponderis et auctoritatis et minorem ab illo obtinebat epistularum numerum.*

*In nonnullis ex 93 epistulis, ad regem iuniorem datis, dux Albertus, ratione maioris aetatis sua, negotio regis matrimoniali, licet caute, se interponere studet, et praesertim a proposito matrimonii cum Barbara Radziwill ineundi eum amovere conatur. Postea vero maior locus in epistulis datur ducis ipsius propositis matrimonialibus, imprimis autem ardentissimo eius desiderio sororem regis natu minorem, principem Catharinam, uxorem ducendi. Sperabat enim eiusmodi matrimonio contracto futurum, ut tempore opportuno eo facilius vel ipse vel filius (si qui ei nasceretur) Regno Poloniae potiri possint, si forte regem sine prole aliquando mori contigerit. De hoc negotio suo matrimoniali ducem Albertum non solum ad regem ipsum et Regni cancellarium, Samuelem Maciejowski, scripsisse perspicimus, sed imprimis multoque saepius et confidentius cum Gabrieli Tarlo, aulico regio, sibi addictissimo, multis ea de re datis epistulis tractasse notamus. Nec mirandum est 19 epistulas ducis Alberti, ad Gabrielem Tarlo, manu propria scriptas et sigillis munitas (praeter alias 28 a secretariis redactas), inter concepta Cancellariae ducalis conservari, nam cum omne fere eiusdem Tarlo patrimonium duci Alberto testamento legatum fuerit, haec quoque ducis chirographa post mortem Tarlo († 1565) in Regium Montem redierunt et in scriniolis concepta continentibus deposita sunt.*

*Alia argumenta, quae in documentis hoc volumine publici iuris factis agitantur, eadem fere sunt, quae iam in voluminibus prius editis tractabantur. Hic quoque ad maiorem eorum partem brevissima tantum summaria (regesta) conficienda curavimus, cum praesertim in multis eorum de rebus privatis et minoris momenti agi contingat.*

C.L.

## **ABBREVIATIONES**

<b>E.l.</b>	<b>Elementa ad Fontium Editiones</b>
<b>M.D.L.</b>	<b>Magnus Ducatus Lithuaniae</b>
<b>R.P.</b>	<b>Regnum Poloniae</b>

**TEXTUS**



# 1547

N. 2829.

*E Regio Monte, 2.I.1547.*

*Albertus dux in Prussia*

*palatino Vilnensi [Ioanni Hlebowicz]*

*pro subdita sua, Hieronymi Frisen relicta vidua, intercedit et rogat, ut auctoritate eius interposita ligna aliquot, ei et marito olim suo a Nicolao Ibo-santowitz debita, recuperare possit.*

*(Latine)*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 253-254.*

N. 2830.

*E Regio Monte, 2.I.1547.*

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, M.D.L. marscalco,*

*Conradum Lanckau, civem Regiomontanum, suorum et Hieronymi Frisen  
relictae viduae negotiorum causa in Lithuania proficiscentem, commendat.*

*(Latine)*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 254-255.*

N. 2831.

*E Regio Monte, 6.I.1547.*

*Albertus dux in Prussia*

*Bernardo Pohibel*

*pro missis novitatibus gratias agit; scire cupit, quamdiu rex in loco Szeszupa  
(Scheschuppa) prope arcem Lyck (Elk) venationibus vacare intendat; mit-  
tit nova non prorsus certa ex castris imperatoris allata (littera A signata),  
nova certa a Ioanne Gulielmo duce Saxoniae profecta (littera B signata)  
et nova recentiora (littera C signata) et rogat, ut ea regi in manus proprias  
tradendas curet.*

(Germanice)

Cfr. El. XLIV, N. 1.

(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1170)

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 340-341.

N. 2832.

E Regio Monte, 7.I.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori*

*pro Andrea Herman, cive Regiomontano, qui ab Ivano Kuncewicz, capitaneo  
Georgenburgensi, rogatus, puerum quendam in domum suam recepit  
eique per totum triennium cibo, potu, vestibus et librīs providit ac bonis  
literis et moribus in schola Regiomontana imbuendum ipsum curavit,  
intercedit et rogat, ut dictum Kuncewicz ad sumptuum a subdito suo fac-  
torum compensationem auctoritate regia adigat; item, ut eidem subdito  
suo ad senatum Caunensem litteras dare velit, quo pecuniam, ei a quo-  
dam Bartholomaeo Nissokotis debitam, recuperare queat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 255-257.

N. 2833.

E Regio Monte, 7.I.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Fabiano Czema, succamerario Marienburgensi,*

*quod de regis ad venationes prope arcem Lyck (Elk) futura profectione se cer-  
tiorum reddiderit et consilium regem illic adeundi sibi impertiverit, gratias  
agit, ob longinqui tamen itineris incommoda se id facere hoc tempore non  
posse asserit; edoceri cupit, quamdiu rex in illo loco venationibus vacare  
cogitet, et rogat, ut nomine suo felicem annum novum regi precetur.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 341v-342v.

N. 2834.

E Regio Monte, 11.I.1547.

*Burggrabiis Regiomontanus [Martinus Kannacher]*

*consulibus Caunensibus*

*notum facit se ducis mandato concivem eorum Romejko, homicidii accusa-  
tum et in vinculis detentum, ea condicione liberum dimisisse, ut eius  
sponsores, praehabito amicorum occisi consensu, iustitiae et aequitatis  
legibus satisfacerent.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 43, ff. 189-190.

N. 2835.

E Regio Monte, 12.I.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislae Kiežgajlo*

*magistrum Fridericum Staphylum, in Academia Regiomontana "professorem theologicum", negotiorum quorundam causa in Lithuania se conferentem, commendat et petit, ut ei in expediendis negotiis suis consilio et auxilio adsit.*

(*Latine*)

(*Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169*).

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 257-258.*

N. 2836.

E Regio Monte, 18.I.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori*

*pro Ioanne Victorino, subdito regio, caedis in publica via perpetratae accusato, intercedit et rogat, ut ei ad causae suaे dictionem et defensionem sufficientis temporis spatium salvumque conductum concedere velit, quo innocentiam suam ostendere possit.*

(*Latine*)

*Cfr. El. XXX, N. 347, El. XXXVII, N. 974.*

(*Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169*).

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 258-259.*

N. 2837.

E Regio Monte, 18.I.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*palatino Vilnensi [Ioanni Hlebowicz]*

*pro Ioanne Victorino (cfr. N. praec.).*

(*Sub textu: Mutatis mutandis Castellano Vilnensi [Gregorio Ościk Wirszylło], Palatino Trocensi [Janusso Dubrowiecki Holszański], Castellano Trocensi [Hieronymo Chodkiewicz], Marscalco Magno Generali [Nicolao Radziwiłł], Magistro Curiae).*

(*Latine*)

*Cfr. El. XXXVII, N. 974.*

(*Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169*).

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 260-261.*

N. 2838.

E Regio Monte, 19.I.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori  
pro Iacobo Gralock, subdito suo, intercedit et rogat, ut ei ab heredibus Nicolai  
Szukowicz iuxta mandatum, a rege seniore in causa sua ("quorundam  
lignum nomine") olim emanatum, iustitia administretur.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169 et Germ., K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 261-265 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 342v-  
344).

N. 2839.

E Regio Monte, 19.I.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, M.D.L. marscalco,  
Iacobum Gralock, subditum suum, eiusque negotium, cum Nicolai Szukowicz  
heredibus in Lithuania habitum, ei commendat.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169 et Germ., K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 265 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 344-344v).

N. 2840.

E Regio Monte, 22.I.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori  
rogat, ut in negotio Gedanensi de districtu Pucensi (Bauscensi) mediatorem  
agere velit inter regem seniorem et ipsos Gedanenses, "quo ea ratione  
Gedanensium Respublica tanto melius et facilius in officio contineatur  
ac solitam obedientiam debitamque fidem praestare queat".*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 270-271.

N. 2841.

E Regio Monte, 22.I.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori  
Achatium Czema, palatinum Marienburgensem, una cum aliis terrarum Prus-  
siae consiliariis ad regem, negotiis sic postulantibus, se conferentem, lau-  
dat et rogat, ut ei, cui ipse quoque nonnulla negotia sua promovenda com-  
misit, facilem ad se aditum concedat plenamque in omnibus fidem adhi-  
beat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 272-273.

N. 2842.

E Regio Monte, 22.I.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori*

*Ioannem Fridericum electorem Saxoniae et landgravium Hassiae [Philippum] commendat et rogat, ut, si quid adversarii et malevoli eorum ab ipso vel a rege seniore quaesierint, quod eis detimento esse potuerit, ne eiusmodi eorum inimicis fidem habere velit.*

(Latine)

Cfr. El. XXX, NN. 350, 357.

(Adest conc. lat., HBA, B, K. 1169 et Germ., K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 273-274 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 346-347).

N. 2843.

E Regio Monte, 22.I.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori*

*pro Ioanne Rauschke, subdito et archimagiro suo, olim stipatoris regii munere functo, rogatus, fratrem suum, Vincentium Rauschke (vel Ruszkowski), regi commendat et rogat, ut eum numero stipatorum regiorum ascribere velit.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 275 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 345v-346).

N. 2844.

E Regio Monte, 22.I.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*palatino Vilnensi et M.D.L. cancellario [Ioanni Hlebowicz]*

*de re monetaria, praecipue de aequatione monetae Lithuaniae; de signis et effigiebus in moneta Pruthenica excusis; de peregrinis monetis "his terris damnosis", e Regno exterminandis; de variarum monetarum pondere, pretio, valore etc.*

(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 265-269 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 348v-350).

Palatino Vilnensi, Cancellario Magni Ducatus Lithuaniae, XXII Ianuarii.

Salutem<sup>a</sup>) et benevolentiam nostram.

Magnifice ac Generose, Amice singulariter nobis dilecente.

Magnificentiae Vestrae literas, Vilnae XXIII Decembris praeteriti anni datas, cum adiunctis quibusdam monetae formis accepimus. Quibus ex scriptis non modo Magnificentiae Vestrae in promovendo eo negotio diligentiam, curam et fidelem sollicitationem, verum etiam S. Regiae Maiesta-

tis, Domini nostri clementissimi etc., consensum et voluntatem de aequatione monetae Lythuanicae cognovimus. Qua de re Magnificentiae Vestrae maximas merito habemus gratias. Nec dubitamus, quoniam ea res ad commodum et emolumentum totius Reipublicae spectat, quin Deus altissimus Magnificentiae Vestrae abunde sit remuneratus. Comperiet ea profecto ac re ipsa experietur, quod omnis generis homines commodum ex hac ipsa aequatione monetae percipient et incrementa sument non paenitenda.

Recte etiam a S. Regia Maiestate factum, quod Schweidnicensis, Silesiae Marchionumque monetarum usum interdicto prohibuit. Nec minus nostro quidem iudicio, quod exiguum est, recte faceret, si aestimationem monetae Marchionum et Slesiae minorem, quam pondus et granum ipsius poscit, constitueret eamque officinae monetariae inferri pro eo constituto pretio iuberet. Hac enim via et ratione haud dubie iam dictae peregrinae et his terris damnosae monetae eo facilius exterminarentur atque alienigenae ab importatione arcerentur. Quod si S. Regiae Maiestati Suae placitum sit, parati sumus id ipsum quoque in nostro hoc Ducatu facere.

Quod autem quandam monetam Magnificentia Vestra parem effigiem ac formam imaginis et inscriptionis cum nostra habere scribit (quod nobis non potest non displicere), res ipsa indicat eaque monetae forma satis testatur sic esse. Verum nos mutare qui possumus? Nam quod Magnificentia Vestra consulti rem nos iustum facere, si signum aliquod evidens in moneta nostra excudi iubeamus, per quod a simplicibus, ut literarum ignariorum, semper et ubique cognosci alienaque vitari possit, non videmus, quomodo evidentius signum moneta nostra habere possit, quam quod iam pridem habet. Quod quidem in aliis monetarum formis omnibus nequaquam conspicitur, ita ut facile omnes homines, nostro quidem iudicio, eam ab aliis discernere possint. Aquilae siquidem in ea moneta, quam Principes Slesiae cudent, nullum signum in pectore habent, in moneta Marchionum aquilae signum quadrangulare gerunt. In nostris vero aquilis litera S in pectore conspicitur, cui quoque corona circa collum addita est. Quae sane signa satis notabilia sunt et a marchionis Slesitisque longe differunt. Quare sibi unusquisque, quantumvis rudis et imperitus, si modo illud de signis pubblicatum et invulgatum fuerit, facile cavebit seque a moneta peregrina recipienda abstinebit. Neque enim constat nobis, quo pacto notiora signa, quam nunc enumerata sunt, fieri possint. Speramus itaque et certo confidimus, S. Regiam Maiestatem inclytique Magni Ducatus Lithuaniae status haec signa consideraturos, nec commissuros, ut nostra moneta propter peregrinam contemnatur, reiiciatur aut interdicatur. Et quamvis divina gratia aequatio novae monetae facta est, manet tamen interim veteris quoque monetae pondus maiori in pretio et aestimatione, grossus videlicet duorum denariorum Lithuanicorum dignior, quam haec recens moneta. Ex quo parem in nostro Ducatu orituram veremur inaequitatem atque inconvenientiam, quoniam Magni Ducatus incolae veteres grossos Lithuaniaicos hic apud nos non minoris, quam XXIII denariis Polonicis permutare volunt, cum tamen iuxta pondus suum et valorem XXII denariorum pretium, aut paulo admodum plus, non excedant. Quapropter si id incommodi et detrimenti, quod ex veteri moneta Lithuania promanat, in his Prussiae regionibus atque adeo in Regno Poloniae provinciis finitimis caveri tollive debet, necessarium plane est constituere pretium certum veteris monetae Lythuanicae ita, ut per aliquot denarios, quemadmodum iam dictum est, minuatur eaque ratione et detur et accipiatur ab omnibus.

Magnopere igitur et amice petimus, Magnificentia Vestra sua prudentia

et autoritate promovere non gravetur, ut pretium eius monetae veteris hoc modo constituantur et in Magno Ducatu publice invulgetur proclameturque. Praeterea Magnificentiam Vestram de nostro iudicio et sententia, quantum ad iam dictam veterem monetam attinet, celare non possumus, quod pro nostro exiguo captu non perspicimus, qua ratione cum Reipublicae commodo et utilitate fiat, ut duplex inaequale pondus et granum, grossi vide-licet et medii, qui non magnopere differunt et haud facile inter se discerni possunt, signetur et percutiatur. Quin imo citra incommodum plebis fieri hoc non posse persuasum habemus, cui haud raro grossus medius pro toto obtrudetur. Ad necessariam autem negotiationis et quotidianorum contractuum expeditionem nostro iudicio sufficeret, si soli grossi, Polonicis valore et pondere aequales, in usu essent. Interim vero S. Regia Maiestas non praeter rem faceret, si grossorum Lithuanicorum veteris illius grani pretium condignum constitueret, eosque in officina monetaria permutatione colligere niteretur, possent enim non sine magno fructu Regiae eius Maiestatis in novam hanc formam iuxta pondus et granum Polonicum posthac excudi. Quemadmodum haec omnia Magnificentia Vestra ex ipso monetariae officinae praefecto sive magistro melius et latius cognoscere poterit. Quare hoc totum negotium S. Regiae Maiestatis ceterorumque Magni Ducatus ordinum arbitrio relinquimus. Qui quid e re eius Ducatus sit, haud dubie videbunt. Illud saltem amice etiam atque etiam petimus, Magnificentia Vestra hanc nostram tenuitatem boni velit consulere. Id erga eandem amicis studiis promerebimus. Cupimus Magnificentiam Vestram diu salvam et incolumem conservari. Ex Monte Regio etc.

Commissio Principis propria  
Constantinus.

a) *in margine*: Die Litthausische muntz

N. 2845.

*E Regio Monte, 22.I.1547.*

*Albertus dux in Prussia  
M.D.L. marscalco [Nicolao Radziwilt]  
de re monetaria.*

(*Latine*)

(*Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).*  
*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 269-270.*

N. 2846.

*E Regio Monte, 22.I.1547.*

*Albertus dux in Prussia  
Iacobo Ludovico Decio  
de re monetaria, praecipue de damnis et incommodis, ex usu duarum simul  
monetarum, Polonicae et Lithuanicae, manaturis.  
Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 344v-345v.*

An Jacob Ludwigen, den XXII January.  
Unsern grus zuvorn.  
Erbar, lieber, besonder.

Wir kommen in erfahrung, das junge ko.mt. zu Polann etc., unser gnediger herr und freuntlicher, lieber oheym, in Littauen eine neue muntze in dem polnischen schrot und khorn schlahlen hab lassen, welchs wir dann nicht ungern gehort; hofflich allerseits landen und leuthen daraus nutz und fromen entspriessen und entstehen. Daneben aber vermercken wir, das die alte littische muntz gleichwol in irem wert und alten schrot und khorn ganghaftig bleyben solle. Was das fur ein beschwer den armen leuthen, als die zwey schrott und khorn auf ein groschen im landt haben, prengen wirt, geben wir euch als dem mehr verstendigen der muntz hiemit zu bedencken. Und haben nicht underlassen mogen, dem herrn cantzler<sup>1)</sup> und grossmarschalchen<sup>2)</sup> unser bedenken darauf zu schreyben, welche unsers vorsehens mit euch daraus weiter reden werden. Seint hierumb der zuvorsicht zu eur person, ir werdet disfals, als der treue diener ko.mt., dem handel reiflich nachdencken und das derselben irer ko.mt., auch landen und leuten, das nutzeste, damit die armut am wenigsten beschwert und überfortelt, gerathen, an euch, wie wir euch bisher stets erkanth, nichts erwinden felen oder mangeln lassen.

Diss wirt Goth vergelten, dessgleichen sein wir es umb eur person in sondern gnaden zu erkennen geneigt, und haben euch solchs im besten gnediglichen nicht pergen wollen. Datum Konigspergk, ut supra.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii.

Henricus Stendrich.

1) *Ioannes Hlebowicz, palatinus Vilnensis,*  
*M.D.L. cancellarius.*

2) *Nicolaus Radziwill, M.D.L. marscalcus.*

N. 2847.

E Regio Monte, 23.I.1547.

*Albertus dux in Prussia*  
*Sigismundo I regi Poloniae*  
*Georgii Bażyński (a Baysen), palatini Marienburgensis anno praeterito*  
*defuncti, filium Ioannem commendat, ut capitaneatum Mevensem, qui a*  
*patre eius olim administrabatur, ei conferat.*  
*(Latine)*  
*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).*  
*Ostrpr. Fol., vol. 53, ff. 276-277.*

N. 2848.

E Regio Monte, 23.I.1547.

*Albertus dux in Prussia*  
*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori*  
*pro Ioanne Bażyński, ut capitaneatum Mevensem consequi possit.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 277-278.

N. 2849.

E Regio Monte, 23.I.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori*

*consiliarios terrarum regiarum Prussiae, legationem ad regem agentes, qui per Ducatum suum iter facientes ad se diverterunt, commendat rogans, ut rex in id incumbere velit, "ne Pruteni privilegiis, a proavis et S. Regiae Vestrae Maiestatis parente colendissimo literis et sigillorum testimonio firmitatis, uti prohibeantur aut in iis turbentur"; eorundem legatorum nomine queritur regem seniorem "duos capitaneatus, videlicet Schlochoviensem et Gnewensem, contra expressum et clarum privilegii ipsorum sensum alienigenis possidendos et occupandos dedisse".*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169 et Germ., K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 279-281 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 347-348v).

N. 2850.

E Regio Monte, 23.I.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori*

*gratias agit, quod rex Ioanni a Werden iuniori suo nomine clementem se exhibuerit, eiusque nogotium iterum commendat.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 282-283.

N. 2851.

E Regio Monte, 23.I.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski] et, mutatis mutandis, Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, commendat causam Ioannis Bażyński, ut capitaneatum Mevensem obtineat.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169 et Germ., K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 278-279.

N. 2852.

E Regio Monte, 25.I.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori  
rogat, ut summam 30000 aureorum, qua ad quaedam ardua negotia confi-  
cienda opus se habere asserit, sibi mutuo dare velit.*

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 345.

Conc. Lat., HBA, B, K. 1169 (in Ostpr. Fol. deest).

N. 2853.

E Regio Monte, 26.I.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori  
vicecapitanei sui Tilsensis nomine de Samogita quodam queritur, "qui se Tur-  
cum appellat" et regis servitorem ac vectigalium exactorem se esse iactat  
et qui, adiunctis sibi aliquot sociis, colonos suos in bonis Coadiutent  
habitantes "exactionibus non ferendis vexare et bona eorum rapere ac  
dissipare dicitur"; notum facit raptorem istum a praefecto suo Tilsensi in  
vincula esse coniectum et hucusque detineri; rogat, ut rex suis mandare  
velit, quo eum una cum sociis debitum poenis puniendum current.*

(Latine)

Cfr. El. XXX, NN. 346, 355.

(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 283-285 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 350v-  
351v).

N. 2854.

E Regio Monte, 27.I.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Fabiano Czema, succamerario Marienburgensi,  
novitates, scil. de morte Alberti ducis Megapolensis, de impetu a comite de  
Büren in landgravium Hassiae facto deque eodem comite postea a land-  
gravio profligato, de Lipsia ab electore Saxoniae oppugnata, de Mauritio  
duce Saxoniae in Bohemiam ad regem Ferdinandum profecto scribit et  
rogat, ut eas episcopo Culmensi [Tidemann Giese] et aliis significet.  
Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 351v-352v.*

An Fabian Czemen, den 27 January.

Unsern grus und gnedigen willen zuvorn.

Edler und ernvester, besonder lieber.

Nachdem ir uns begeret, wir wolten euch allerley zeitungen, so an uns  
gelangen thetten, gnediglich mittheilen, sonderlich aber wess wir wegen

der stat Ulm in erfahrung kemen. Nun konnen wir euch in gnaden nicht pergen, das wir noch nichts gewisses von Ulm bekommen, auch sonst nicht viel glaubwirdiger zeitungen haben, nhue wess gestern der erbar unser voigt auf Samblant im Vischheussischen rath und lieber, getreuer Antho-nius Borck, aus dem land zw Pommern mitbracht. Welcher vormeldet, das hertzogk Albrecht von Meckelburgk seinen letzten beschlossen und in Got verschieden sein soll. Daneben das der hertzogk von Pommern ime, dem Borcken, underwegens zeitung nachgeschickt, der maynung, es hetten s.f.g. neulich diese zeitung von Wittenbergk bekommen, das der graff von Beuren<sup>1)</sup> dem landtgraven zu Hessen<sup>2)</sup> ins landt gefallen und albereit zwey stetlein eingenomen soll haben, aber der landtgrauff habe die seinen entsetzt und den von Beurenn sampt seinem hauffen bis aufs heupt erlegt. Solchs thun wir euch dermassen, wie es an uns gelanget, mittheilen. Das der churfurst von Sachsen<sup>3)</sup> Leyptzick belegert, werdet ir zuvorn ohne zweiffel wissen. Es ist aber hertzogk Moritz nicht darin, wie erstmals gesagt ward, sonder er solle ins landt zu Behem zum romischen konig Ferdinando gezogen sein, der sich vast unstet wider den Turcken.<sup>4)</sup> Dann man sagt fur glaubwirdigk, das sich der Turck mit grosser, gewaltiger macht herausmachet.

Hierneben uberschicken wir euch einen teutzschen Dialogum, welcher uns neulicher tage zukommen, mit gnedigem begeren, ir wollt uns denselben, wann ir den gelesen, widerumb zuschicken, denn wir kein ander exemplar davon haben. Wollet auch hirin vermelte zeitungen dem herrn bischoff von Colmensehe<sup>5)</sup> und den andern herrn gesanten mittheilen, auch als fur eur person ko.mt., wo es gelegen, vormelden. Daran thut ir uns zu gnedigem gefalen, hinwider in gnaden zu erkennen. Datum Konigspergk, ut supra.

Relatio et commissio Principis propria.

Constantinus Sylvius

1) *Maximilianus comes de Büren.*

2) *Philippus.*

3) *Ioannes Fridericus.*

4) *Solimanus II.*

5) *Tidemannus Giese, episcopus Culmensis.*

N. 2855.

*E Regio Monte, 29.I.1547.*

*Albertus dux in Prussia*

*Annae Odrowąż, e ducibus Masoviae,  
precibus eius et Ioannis Tarnowski, castellani Cracoviensis, necnon uxoris ac  
filiae suae interpositis intercessionibus, morem gerens, tempus persolven-  
dae sibi debitae ab ea pecuniae in annum integrum protrahit.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 967.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 285-287.

N. 2856.

E Regio Monte, 29.I.1547.

*Dorothea dux in Prussia*

*Annae Odrowąż, e ducibus Masoviae,  
nuntiat se operam suam apud coniugem suum interposuisse, ut solvendi debiti  
tempus ulterius prorogaretur.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 287-288.

N. 2857.

E Regio Monte, 29.I.1547.

*Anna Sophia, filia ducis Alberti,  
Sophiae Odrowąż*

*operam suam apud ducem patrem interposituram se esse nuntiat, ut solvendi  
debiti tempus prorogare velit; pro munere gratias agit et in amicitiae  
signum ipsa munusculum mittit.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 288-289.

N. 2858.

E Regio Monte, 29.I.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Severino Boner, castellano Biecensi, procuratori magno et burggrabio Craco-  
viensi,  
rogat, ut Hieronymo Maletio (Malecki), subdito suo, in consequenda heredita-  
te, a defuncto avo suo materno [Kunicki] Cracoviae relicta, adiumento sit.*

(Germanice)

(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 352v-353.

N. 2859.

E Regio Monte, 30.I.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*senatus Cracoviensi*

*Hieronymum Maletium, subditum suum ex oppido Licca (Elk), ad petenda  
hereditaria avi sui demortui bona Cracoviam proficiscentem, commendat.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 289-290.

N. 2860.

E Regio Monte, 30.I.1547.

*Cancellarius Alberti in Prussia ducis [Ioannes a Kreitzen]  
Hieronymo Szafraniec, capitaneo Chęcinensi,  
rogatus ab eo, ut inquisitionem faciat, an filius eius, in aula ducis Alberti ali-  
quandiu commoratus, aliquot ornamenta aurea ibi oppignoraverit,  
respondeat se, investigatione facta, competrisse unam tantum torquem  
auream pro centum aureis et triginta grossis a filio eius oppignoratam  
esse.*

(Latine)

Conc. Lat., HBA, B, K. 1169 (in Ostpr. Fol. deest).

N. 2861.

E Regio Monte, 31.I.1547.

*Albertus dux in Prussia  
consulibus Caunensibus  
pro vidua Elisabeth Becht, cive Cnipaviensi, intercedit et rogat, ut debitorem  
eius, Gerardum ab Harlem, civem Caunensem, ad solvendum debitum  
adigant et talem pecuniam litterarum exhibitori, Iacobo ab Antdorff, tra-  
dant.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 43, ff. 190-191.

N. 2862.

E Regio Monte, 2.II.1547.

*Albertus dux in Prussia  
Sigismundo I regi Poloniae  
pro vidua Hermensdorff, nunc aegrotante, intercedit, ut senatui Vilnensi man-  
dere velit, "ut tempus solvendi expensas in tantum, donec misera et  
desolata vidua convalescat, differatur".*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 290.

N. 2863.

E Regio Monte, 3.II.1547.

*Albertus dux in Prussia  
capitaneo in Wąsosz (Wagenschoss)  
nomine capitanei sui Ioannisburgensis queritur de quodam Gregorio Wojsław  
et eius consociis, qui in districtum suum violenter irruerunt et homicidas  
quosdam, capitaneo suo inscio, ibi latitantes, sine ulla iudicis requisitio-  
ne, iurisdictione sua hoc modo violata, armata manu abduxerunt et mise-*

*rum rusticum, ad quem dicti homicidae confugerant, graviter vulneratum  
re domestica spoliaverunt; postulat, ut huius facinoris rei meritas poenas  
luant et res rustico ablatae restituantur.*

(*Latine*)

(*Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169*).

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 291-292.*

N. 2864.

*E Regio Monte, 5.II.1547.*

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Ławski, vexillifero Varsaviensi,  
notum facit se iam pridem ad supplicationem eius respondisse et illam ab eo  
factam bonorum vindicationem non aequam iudicare.*

(*Latine*)

(*Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169*).

*Ostpr. Fol., vol. 53, f. 292.*

N. 2865.

*E Regio Monte, 6.II.1547.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, R.P. exercituum capitaneo,  
Fabianum Czema et Felicem Stang ab Allen (Alten) commendat et rogat, ut in  
id incubat, quo alter eorum in locum demortui Michaelis a Selislau [Że-  
listawski, succamerarii Culmensis] surrogetur, alter vero succamerarii  
Pomeraniae muneri praeficiatur.*

(*Latine*)

(*Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169*).

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 292-293.*

N. 2866.

*E Regio Monte, 7.II.1547.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori  
nova, vetera et recentiora, quae ex Germania sibi recens relata sunt, mittit.*

(*Latine*)

(*Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169*).

*Ostpr. Fol., vol. 53, f. 294.*

N. 2867.

E Regio Monte, 9.II.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Bernardo Pohibel*

*litteras eius, de Gabrielis Tarlo proximo Vilnam adventu nuntiantes, heri se accepisse significat; de regis senioris infirma valetudine dolet et rogat, ut sibi iterum ea de re perscribat.*

(Germanice)

Cfr. El. XLIV, N. 3.

(Adest conc. Germ., HBA, B, K 1170).

Ostpr. Fol., vol. 44, f. 353v.

N. 2868.

E Regio Monte, 9.II.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Bernardo Pohibel*

*de pannis et vestibus aulicis Gabrieli Tarlo suppeditandis; de horologio, quod ab horologiorum magistro confici iussit, sibi mittendo.*

(Germanice)

Cfr. El. XLIV, N. 4.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 354-354v.

N. 2869.

E Regio Monte, 11.II.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo I regi Poloniae*

*de Ioannis Friderici electoris Saxoniae consilio a Lipsia castra movendi et proelium cum hoste committendi; de Ioachimi marchionis Brandenburgensis cum Mauritio duce Saxoniae amicabili tractatione nullum successum consecuta; de Augusta altisque Germaniae civitatibus a duce Wittenbergensi, nullo cogente, deditis; de Genua a rege Galliae obsidione expugnata.*

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 294-296.

Regi Poloniae Seniori, XI Februarii.

Nova perscrubuntur de Electore.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Avuncule Charissime.

Literas, quas S.R. Vestra Maiestas Illustrissimo Principi, Domino Ioanni Friderico, Duci Electori Saxoniae etc., nepoti et affini meo charissimo, transmitti per me voluit, Illustritati Suae per servitorem meum perferrendas curavi. Qui primo huius diei diluculo ad me rediens, his adiunctas

S.R. Vestrae Maiestati responsi loco attulit literas. Quibus perfectis, S.R. Vestram Maiestatem non dubito aliter, quam quod christianum omniq[ue] laude dignum debeat Regem, se exhibituram, ut rebus omnibus mediante Dei Optimi Maximi gratia alma pace compositis, bellica christianorum virtus, quod aequitas postulat, in communem christiani nominis hostem convertatur. Etsi autem ex animo, si quid novi haberem, S.R. Vestrae Maiestati subdite communicarem, nihil autem, quod S.R. Vesta Maiestas non ante cognitum habeat, mihi constet, tamen literis, quaecunque praefati Illustrissimi Principis Ducis Electoris Saxoniae compertum habeo, duxi S.R. Vestram Maiestatem eorum non esse celandam, videlicet Illustritatem Suam certis quibusdam de causis eisdemque gravibus castra ab urbe Lipsensi movisse, rectaque hosti obviam tendere eiusque esse animi, ut proelium cum ipso committat. Exitum res ipsa cum tempore dabit. Accepi porro ex literis Illustrissimi Principis, Domini Joachimi Marchionis Brandenburgensis et Sacri Romani Imperii Archicamerarii, affinis et fratri mei charissimi, Illustritatem Suam, in suscepta amicabili transactione, recusante eam Duce Mauricio, nihil frugis facere potuisse. Relatione autem aliorum didici Ducem Wirtenbergensem<sup>1)</sup> Augustam Vindelicorum aliasque superioris Germaniae urbes, nullo cogente, dedidisse, insuper Regem Gallorum<sup>2)</sup> obsidione Genuam expugnasse. Quae omnia pro debita mea subiectio[n]e et fide S.R. Vestrae Maiestati (quam Deo Optimo Maximo ad tranquillitatem et pacem Reipublicae salutarem diutissime salvam, foelicem, incolumem<sup>a</sup>) et sanam conservandam committo) subdite significanda duxi. Cuius gratiae et favori me etiam atque etiam commendando. Datae Regio Monte.

Commissio Principis ex [relatione] secretarii  
And. Muncer.

a) *correctum ex: incolumitatem*

b) *correctum ex: significandam*

1) *Udalricus (Ulricus).*

2) *Franciscus I.*

N. 2870.

*E Regio Monte, 11.II.1547.*

*Albertus dux in Prussia  
episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski]  
rogat, ut sibi significet, quid rex de responso sibi ab electore Saxoniae Ioanne  
Friderico per litteras dato sentiat; item ut se de valetudine regis et reginae,  
"et si quae porro scitu digna acciderint", certiorem reddat.  
(Latine)  
(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).  
Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 296-287.*

E Regio Monte, 12.II.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,*

*de litteris regis Poloniae senioris ad Ioannem Fridericum electorem Saxoniae  
datis; de oppugnatione Lipsiae et bello civili in Germania.*

*(Schedula: de utriusque regis valetudine edoceri desiderat).*

*Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 354v-355v.*

An Gabrieln Terla, den XII February.

Edler und ernvester, besonder lieber.

Nachdem alte ko.mt. zw Polann etc., unser gnediger, geliepter herr und oheim, auf unser freuntvleissigs anlangen und anhalten dem hochgeborenen fursten, unserm freuntlichen, lieben oheymen und schwagern, herrn Johann Friderichen, hertzogen zu Sachsen und churfursten, wegen stattung gutlicher underhandlung zwischen romischer key.mt.<sup>1)</sup> und irer liebden der hochbeschwerlichen, geferlichen und erschrecklichen beiderseits habender krieg halben geschrieben, so haben hochgemelter ko.mt. auf solch ir schreyben ire liebden widerumb geantwort und uns ferner ko.mt. zu ubersenden, wie dann durch unsren eigenen diener bescheen, zugefertigt. Und wiewol uns der churfurst zw Sachsen von solchem koniglichem brief kein abschrift zugeschickt, haben uns dannocht s.l. den inhalt summarie entdeckt. Nemblchen, das s.l. konigliche mt. zw Polan etc. hochbeurrt eine solche antwort geben, daraus dieselb wol verstehen werden, das ire liebden nicht allein koniglicher mt., sonder auch einem jeden unparteiyschen, so es sucht und begert, gutliche underhandlung zu vorstatten und einzureumen geneigt und urputigk sein etc.

Wie es sich aber mit belegerung und beschieszung der stat Leiptzg, auch abzugk davon zugetragen, dessgleichen sonst mit den erschrecklichen, geferlichen kriegen, welchs warlichen under den christen erbermlich zu horen und pillig zu beklagen, ist ein gestalt, habit ir inlignant zu vornehmen. Dieweyl wir dann, das junge ko.mt. zw Polann etc., unser gnediger, viellieber herr und freuntlicher oheim, dess alles auch wissenschaft hatt, begierigk, so haben wir dasselbige, nachdem ire ko.mt. mit andern hochwichtigen gescheften beladen, an eur person kommen zu lassen fur bequeme geacht, in gnaden sinnende, ir wollet solchs nach habender gelegenheit und euerer von Gott verliehenen geschicklichkeit irer ko.mt. neben vermeldung unserer underthenigen, freuntwilligen dienst und geburlicher commendirung vortragen. Das sein wir umb euch gnediglichen zu beschulden geneigt. Datum Konigspergk, ut sopra.

Secretarius.

### Cedula

Auch wollet uns, wie es beden ko.mt., unsren gnedigsten herrn und geliepten oheymen, an leiblicher gesuntheit und sonstem ergehet, daneben wess fur zeitung verhanden, zuzuschreyben, unbeschwert sein. Daran geschicht uns von euch zu gefallen. Datum, ut in literis.

1) Carolus V.

N. 2872.

E Regio Monte, 12.II.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Fabiano Czerna, succamerario Marienburgensi,  
litteras ad fratrem eius, Achatium, palatinum Marienburgensem, datas, ex  
Germania allatas, mittit et rogat, ut eas fratri tradendas curet.*

(*Germanice*)

(*Adest conc. Germ., HBA, B, K, K. 1170.*)

*Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 355v.*

N. 2873.

E Regio Monte, 18.II.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Wolski, reginae Bonae curiae magistro,  
litteras eius, 6.X.1546 datas, se accepisse nuntiat, ex quibus intellexit aliquot  
subditos regios districtus Visnensis falso de subditorum suorum violentia  
conquestos esse, cum res prorsus aliter se habeat; ad eiusmodi utriusque  
partis querelas et controversias in posterum vitandas proponit, ut com-  
missarii inspiciendis limitibus utrinque constituantur.*

(*Latine*)

*Cfr. El. XXXVII, N. 952.*

(*Adest conc. Lat., HBA, B, K, K. 1169.*)

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 297-298.*

N. 2874.

E Regio Monte, 23.II.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori  
factum vicecapitanei sui Tilsensis (cfr. N. 2853) explicat et defendit, subditum  
regis detentum remittit et rogat, ut ad controversias de finibus tollendas et  
futuras irruptiones utrinque praecavendas commissarii discernendis limi-  
tibus constituantur.*

(*Latine*)

*Cfr. El. XXX, NN. 346, 355.*

(*Adest conc. Lat., HBA, B, K, K. 1169.*)

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 298-300.*

N. 2875.

E Regio Monte, 23.II.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori*

*pro salvo conductu, Ioanni Victorino ad intercessionem suam (cfr. N. 2836)  
ad certum temporis spatum concessso, gratias agit; eiusdem Victorini  
causam iterum ei commendat.*

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 347.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 303-304.

N. 2876.

E Regio Monte, 23.II.1547.

*Albertus dux in Prussia  
castellano Trocensi et capitaneo Samogitiae [Hieronymo Chodkiewicz]  
subditum eius, a vicecapitaneo suo Tilsensi captivatum (quod se vectigalium  
collectorem iactabat et colonos eius nimiis exactionibus vexabat, cfr. N.  
2853) liberum dimittit; de viis publicis, ex Samogitia in Ducatum Prus-  
siae, praesertim in oppidum Memel (Cleipodium) ducentibus, ab officiali-  
bus eius praeclusis, queritur.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 982.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 300-302.

N. 2877.

E Regio Monte, 23.II.1547.

*Albertus dux in Prussia  
castellano Vilnensi [Gregorio Ościk Wirszyłlo]  
negotium Ioannis Victorini commendat.*

(Sub textu: Mutatis mutandis palatino Vilnensi [Ioanni Hlebowicz],  
Petro Sborowsky).

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 304.

N. 2878.

E Regio Monte, 23.II.1547.

*Albertus dux in Prussia  
Georgio Bielewicz  
de adversa eius valetudine dolet et filium eius ad eum mittit ("ut non tam  
nobis morem gereret, quam Magnificentiam Vestram aegrotantem  
inviseret").*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 305.

N. 2879.

E Regio Monte, 23.II.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Petro Zborowski, castellano Malogostensi, regis iunioris curiae magistro,  
de valetudine et prosperitate eius certior fieri desiderat; nova sibi significari  
petit.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXVII, NN. 981.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K, K. 1169).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 305-306.*

N. 2880.

E Regio Monte, 24.II.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo I regi Poloniae*

*de imperatoris consilio Inferioris Germaniae urbibus et civitatibus maritimis  
bellum inferendi, deinde in Daniam et Prussiam copias traducendi; de  
periculis inde impendentibus et de necessitate vigilantiae.*

*(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1170).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 306-308 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 356-  
356v).*

Regi Poloniae Seniori, XXIIII Februarii.

Nova scribit et petit, ut S. Regia Maiestas suis subditis prcipiat, ut in  
armis sint, ut re poscente eis uti possit et hostibus resistere.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Non dubium mihi est S.R. Maiestatem Vestram, quae sit hoc tempore  
nationis Germanicae conditio et fatalis quasi calamitas, et scire melius et  
perspicere penitus ac totam quodammodo tragoediam oculis expositam  
cernere evidenter, quam ut ipse meis scriptis queam explicare. Qua quidem  
re non immerito animi hominum multorum dolore vehementi percel-  
luntur, sed praeter haec omnia pro certo compertum habeo S. Imperato-  
riam Maiestatem<sup>1)</sup> omnia sua consilia eo dirigere, ut Inferioris Germaniae  
urbibus et maritimis civitatibus, quas multas non censem relinquere, bel-  
lum faciat. Quibus expugnatis ac, si sors ita feret, sub iugum missis, in  
Daniam, inde in has Prussiae forte terras, quod Deus Optimus Maximus  
clementer avertat, copias suas traducere statuit. Quod equidem consilii si  
succedat, nemo non videt, quantum ea res periculi, calamitatis ac detri-  
menti non modo his Prussiae terris, sed omnibus propemodum vicinis et  
adiacentibus populis sit allatura. Ego vero ita prorsus sentio, hos quales-  
cumque rumores et monitiones nequaquam contempendas parvi-ve  
facientes esse. Quin imo S.R. Maiestati Vestrae eam maxime ob causam  
haec perscripsi, si ea forte sua eximia prudentia et animi dexteritate regio-  
que ingenio inveniat, quid adversus has tetterimas molitiones sit suscipien-  
dum, quo tolerabilioribus viis et rationibus impendentia haec bella diri-  
mantur et componantur. Id quod S.R. Maiestatis Vestrae arbitrio lubens  
relinquo. Quoniam autem ingruentibus quibuscumque periculis bellisque

imminentibus, maxime in procinctu stare et vigilantes esse convenit, ut divina ope iuvante casibus adversis eo facilius obviare possimus, itaque non praeter rem meo quidem iudicio S.R. Maiestas Vestra factura videtur, si in his terris suis Prussiae, itemque Mazoviae et reliquis vicinis regionibus, ea edicta proponeret, eum etiam ordinem constitueret, ut quivis ad subitum quemvis et improvisum hostis impetum et impressionem sciret, cui parti suis armis, ope et defensione debeat succurrere et quid omnino sibi faciendum sit. Quod ego similiter in meo Ducatu summa, qua potui, diligentia procuravi. Daboque operam enixe, ne inopinantem me oscitantem hostis opprimat aut offendat, subiectissime et amice petens, S.R. Maiestas Vestra hanc meam admonitionem boni consulere dignetur mihi que in deteriorem partem eam interpretari non velit, quin potius ea, quae ad Regnorum suorum utilitatem, subditorum defensionem et pacem denique conservandam spectant, omni studio curare.

Ita S.R. Maiestas Vestra rem atque operam sibi magnopere debitam et regia sua virtute dignam navabit et suae suorumque quieti imprimis consulet. Ego vero debitiss meis studiis et subditis officiis, quacumque possum, promereri conabor. Ex Monte Regio etc.

1) *Carolus V.*

*N. 2881.*

*E Regio Monte, 28.II.1547.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo I regi Poloniae*

*pro relicta Ioannis Goliński vidua, cuius maritus a patruei suo Ioanne Goliński "aliisque factionis sociis atroci nece contra ius et aequum indigne Warschoviae interemptus" est, intercedit et petit, ut rex illam trucidationem non impunitam relinquat et miseram viduam eiusque liberos adhuc impuberes in regium favorem suscipiat.*

*(Latine)*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 308-309.*

*N. 2882.*

*E Regio Monte, 2.III.1547.*

*Albertus dux in Prussia*

*episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski]*

*rege seniore infirma valetudine laborante, multis praeterea periculis Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithuaniae impendentibus, suadet, ut rex iunior quamprimum in Poloniā revocetur.*

*(Schedula: de annuo suo stipendio Marienburgi sibi numerando).*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 310-312.*

*Episcopo Cracoviensi, II Marcii.*

*Suadet Illustrissimus Princeps, ut Iunior Rex Poloniae revocetur in Poloniā, cum Senior praesertim male valeat.*

Sincerum fraternique animi affectum et quicquid grati praestare possumus.

Reverende in Christo Pater, Amice ac Frater nobis percharge.

Reverendam P. Vestram pro fraterna nostra coniunctione celare non possumus, quod et literis multorum et sermone fidedignorum perfertur ad nos, S.R. Maiestatem Poloniae Seniorem etc., Dominum et avunculum nostrum clementissimum, graviter decumbere, ita sane, aegre ut spiritum ducat. Etsi nonnulli hoc quoque dicere non vereantur, S. Maiestatem Suam R. animam iam dudum egisse. Quibus quidem rumoribus (utinam vanis, fictis et frivolis) maximopere perculti sumus. Quid enim hac tempestate gravius, quid importunius aut omnino acerbius nobis accidere possit, quam eum Regem, qui tot annis bene laudabiliterque regnavit, qui paci semper et quieti suae suorumque populorum omni studio consuluit, his bellorum tumultibus et fatali quasi rerum omnium perturbatione vigente nobis eripi? Quapropter cum S.R. Maiestatis Suae salus et incolumitas maxima nobis curae sit et merito esse debeat, vehementer ac fraterne petimus, Reverenda P. Vestra dignetur nos de rerum ipsius statu universo, de invaletudine morbique vi et genere, quo affligitur, certiores facere. Hoc nobis gratissimum accidet.

Caeterum, cum et Regno Poloniae propter Turcarum apparatum, qui et arma tractare et exercitus numerosissimos parare dicuntur, periculum impendeat, et Magnus Lythuaniae Ducatus bellorum metu non careat, dum illuc Tartari, Valachi et alii infideles quotidianis fere irruptionibus eam regionem infestant, ut taceamus interim de exitioso isto bello, quo nunc tota Germania misere premitur et concutitur, itaque nostro quidem iudicio Serenissimus Rex Iunior multo faceret consultius, si hoc tempore in Regno Poloniae quam Magno Ducatu commorari malit. Videt enim Reverenda P. Vestra, quam varia sint hominum studia contentionesve et quam non pauci novis etiam rebus studeant. Iam si S.R. Maiestati Seniori aliquid humanitatis absente filio accidat, quod Deus omen obruat, facile perniciosus aliquis motus, quem praesentia Regis Iunioris nullo labore excluderet, posset existere. Maximopere igitur ac fraterne iterum petimus, ut si ita Reverendae Paternitati Vestrae, cum caeteris Regni consiliariis, visum fuerit, quemadmodum non dubitamus Reverendam P. Vestram haec eadem, pro divina sua prudentia et ingenio, iam pridem vidisse et necessaria iudicasse, detur, quo celerius fieri potest, opera, ut in Regnum Serenissimus Rex Iunior revocetur, utendo ad id persuadendum quibus potestis evidentibus et maxime necessariis rationibus. Hoc faciendo R. Paternitas Vestra rem atque operam sibi ipsi magnopere debitam virtuteque sua dignam navabit et Regni huius quieti inprimis consulet. Nos vero amicis ac fraternis studiis compensabimus. Committimus Reverendam P. Vestram Christo Altissimo longis temporibus incolumem et florentem conservandam. Datae Regio Monte.

Commissio Principis ex relatione Can[cellarii].  
Constan[tinus].

*Sub textu:* Mutatis mutandis Comiti a Tharnow, Comiti a Gorckau, Palatino Cracoviensi<sup>1)</sup>.

#### Cedula Comiti de Tarnaw

Praeterea Illustratatem Vestram celare non possumus, nos ad Magnificum et Generosum Dominum Spitcum de Tharnau etc. de numerando

nobis Marienburgii annuo stipendio nostro scripsisse. Quem cum consanguinitate Illustrati Vestrae coniunctum sciamus, fraterne ac amice petimus, dignetur Illustritas Vestra sua promotione apud eundem incumbere, ut voti compotes reddamur, quemadmodum antea factum, numeratio illa aliqua dilatione suspendatur. Factura hac in re nobis Illustritas Vestra rem gratam, fraternalis amicisque studiis promerendam. Datum ut in literis.

1) Petrus Kmita.

N. 2883.

E Regio Monte, 3.III.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Spytconi Tarnowski, castellano Wojnicensi, R.P. thesaurario,  
rogat, ut apud regem instet, quo annum suum stipendum ex thesauro  
Marienburgensi sibi numeretur.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 986.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 312-313.

N. 2884.

E Regio Monte, 3.III.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*episcopo Vladislaviensi [Andreae Zebrzydowski]  
non iucunda sibi auditu fuisse ea, quae episcopus "de malevolorum quorundam delatione" ad Alexandrum Kurzbach scripserit, nuntiat et rogat, "ne vanis malevolorum sermonibus" fidem adhibeat et eiusmodi insimulationis auctorem sibi significet.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 990.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 313-314.

N. 2885.

E Regio Monte, 4.III.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Andreae a Górką, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo,  
rationes, ob quas petitam pecuniam mutuo sibi dare non possit, se intellexisse  
nuntiat, nec velle, ut causa sua argentum et aurum pignori deponat; de  
morte Thomae Sobocki, Regni cancellarii, et Samuelis Maciejowski, epi-  
scopi Cracoviensis (de cuius tamen obitu rumorem falsum fuisse constat),  
dolet.*

Cfr. El. XXXVII, N. 976.

Ostpr. Fol., vol. 81, Heiml. Reg., ff. 71-74.

Comiti de Gorckaw, 4 Martii 1547.

Magnifice ac Generose, Amice, Frater et Compater nobis perchare.

Lectis Magnificentiae Vestrae literis intelleximus, quid obstet, quomodo nus Magnificentia Vestra nobis in aere mutuo dando gratificari possit, advertentes simul, quam amica et fraterna erga nos, quemadmodum hactenus semper consuevit, animi propensione feratur. Pro quo erga nos studio meritas quasque debemus Magnificentiae Vestrae agimus gratias. Dolenter autem ferimus Magnificentiam Vestram ab Illustrissimo Principe et Domino Ioachimo Marchione Brandenburgensi et Sacri Romani Imperii Archicamerario, nepote et affini nostro charissimo, persolvendi debiti tarditate, quominus nos voti compotes reddiderit, impeditam. Quod vero Magnificentia Vestra, priusquam aliquam bene de nobis merendi occasionem subterfugere videatur, auro et argento pignori deponendo parcere nolit, facile in eo fraternalm affectum erga nos perspicimus. Etsi autem infinitas ire nequeamus nos negotiis nostris conficiendis non exigua aeris summa indigere, tamen non eiusmodi necessitate urgemur, ut velimus consulendis rebus nostris Magnificentiam Vetram ornamenta sua aurea, sive argentea, a se alienare aut pignori deponere. Datur operam, ut aliunde, qua ratione fieri id poterit, nobis prospiciatur. Interim tamen Magnificentiae Vestrae pro benevolia gratificandi nobis oblatione magnas agimus gratias, nihil aliud quam hoc ipsum, si ita casus inevitabilis ferret, nobis de Magnificentia Vestra persuadentes, conaturi, ut id fraternalis et amicis studiis vicissim promereamur.

In obsignatione literarum adiunctarum accepimus relatione fide digna Magnificum ac Generosum Dominum Thomam de Sabotha, Regni Poloniae Supremum Cancellarium, diem suum obiisse, post hunc paulo post fertur et Reverendus in Christo pater, amicus ac frater nobis percharus, Dominus Samuel Episcopus Cracoviensis etc., ex his vitae humanae miseriis evocatus. Quod nobis sane auditu tristissimum accidit cogimurque dolenter id ferre, considerantes ardua quaevis inclitae Poloniae Coronae negotia penes duos illos stetisse, timendumque est, ne periculosa et detrimentosa hinc Regno Poloniae damna exurgant, mutationes maxime excitentur Resque Publica in discriben veniat, potissimum autem cum toties varia nobis de statu et valetudine Sacrae Regiae Maiestatis, Domini et avunculi nostri clementissimi, perferantur, quae iam agere animam, iam egesse, aut graviter moribunda decumbere, rursus autem revaluisse dicitur, ita ut merito nobis dolendum sit, expidentes animo, etsi S. Regia Maiestas Sua divinitus largita gratia convalescat, nihil tamen minus periculi duorum illorum prae-maturo utriusque interitu Regno Poloniae timendum esse. Et quoniam indicta esse Regni Comitia cognovimus, ad quae et nostros ablegaturi sumus, quos hisce Magnificentiae Vestrae etiam fraterne ac amice commendari petimus, operae pretium esse censeremus ipsam S. Maiestatem Regiam Iuniorem ibi praesto esse, ut eo melius rebus omnibus consuli, imminentia praecaveri, Reipublicae autem salus promoveri possit. Nec incommode duceremus S. Regiam Maiestatem in id, Magnificentiae Vestrae suasu, ab omnibus consiliariis regiis perduci, praecipue cum S. Regiam Maiestatem Seniorem propter aetatem ingravescerentem, quamvis prospera valetudine praeditam, non omnia curiose expendere posse credamus. Deficit enim vigor ille, qui olim fuit naturalis, et in iis omnibus non abs re solertia requiritur. Tamen id Magnificentiae Vestrae iudicio pressius et in futurum melius considerandum relinquimus, amice ac fraterne petentes, ne Magnificentia Vestra, quod libere adeo de singulis scribamus, nobis vitio vertat, sed benigne interpretetur. Literas Magnificentiae Vestrae pree-

ter nos nemo legit, et quo in scribendo usi sumus, hásque ea ratione Magnificentiae Vestrae committimus, quam vicissim diu salvam conservari cupimus. Datae etc.

Commissio Principis relatione Cancellariai  
Princeps audivit.  
Andreas Muntzer.

N. 2886.

E Regio Monte, 9.III.1547.

*Albertus dux in Prussia*  
*archiepiscopo Gnesnensi [Nicolao Dziergowski]*  
*litteras eius, pro necessario eius Iacobo Rościszewski intercessorias, se accepisse significat et narrat, quomodo eiusdem Iacobi Rościszewski filius Sebastianus non casu, sed consulto subditum suum graviter vulneraverit et non mulcta solum pecuniaria, sed severiore poena puniendus sit.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 977.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 314-316.

N. 2887.

E Regio Monte, 9.III.1547.

*Albertus dux in Prussia*  
*Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,*  
*rogat, ut causam Vinoldi Pfunff, civis et mercatoris Gedanensis, apud regem iuniorem promoveat.*  
(Germanice)

(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 357.

N. 2888.

E Regio Monte, 10.III.1547.

*Albertus dux in Prussia*  
*Sigismundo I regi Polonie*  
*rogat, ut indutias saltem inter imperatorem et Ioannem Fridericum electorem Saxoniae ac status Germaniae protestantes impetrare studeat.*  
Cfr. El. XXX, NN. 354,357.  
(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).  
Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 318-320.

Regi Poloniae Seniori, X Marcii.

Petit, ut indutias saltem impetraret a Caesare<sup>1)</sup>, idque quomodo fieri debeat, ostendit.

Serenissime Rex etc.

Lectis S.R.V. Maiestatis literis intellexi, quid Dux Elector Saxoniae<sup>2)</sup> de pacificatione inter Imperatoriam Maiestatem seque statusque protestantes ad S.R.V. Maiestatem perscripserit. Cuius voto<sup>a)</sup> quod minus satisficerit ob neglectas pacis conditiones, mirari non habeo. Nec pro meo captu satis accipio, quo pacto id ab Illustritate Sua fieri debuisse. Esset enim contra decorum et praeter dignitatem aut famae rationem, si quaererentur aut praescribi oportuissent media, priusquam de admittenda pacis conficiendae actione certi quicquam constaret. Quo ubi deventum resque ad amicabilem transactionem deducta, aut saltem induciae impetratae fuerint, confido aeternum Patrem divinitus suam gratiam largiturum, ut negotia illa, bonis avibus auspicata, melioribus finiantur, ubi tum res ipsa consulto pacis conditiones offeret. Quare non video, si quid cum Illustritate Sua adductis de causis de conditionibus agendum, verum hoc operae premium duco, si S.R.V. Maiestati non grave aut molestum, vel is etiam Imperatoriae Maiestatis (quam a quietis consiliis non abhorre S.R.V. Maiestas scribit) animus voluntasque fuerit, dignetur saltem impetrandis ad menses aliquot aut annos certave tempora induciis operam suam clementer adhuc navare, quibus obtentis, interea temporis matura deliberatione praehabita, consilium de pace capi poterit. Nec id incommodum, essetque citra ullam S.R.V. Maiestatis dignitatis<sup>b)</sup> laesione, quoniam sibi conditiones praescribi optat, si eadem proprio veluti instinctu et non aliunde mota, hoc apud Imperatoriam Maiestatem peteret taliaque eidem media seu conditio-nes proponeret, ne Imperatoria Sua Maiestas Electorem Saxoniae confoederatosque nomine doctrinae evangelicae (quae armis cogi non potest) bello infestaret. Si autem quis de religione eius Maiestati Imperatoriae injectus esset scrupulus, non diffidere S.R.V. Maiestatem, quin Elector Saxoniae se apostolicis et evangelicis literis in eo aut iure convinci, aut sibi errorem commonstrarri, facile sit passurus. Quod si de re prophana inter Imperatoriam Maiestatem et protestantes bellum motum, peteret S.R.V. Maiestas, dignaretur Imperatoria Sua Maiestas actionem illam in compromissum remittere, ne causa incognita aut nondum dijudicata procederetur, instaret ad hoc obtinendis aut dandis indutiis. Quod ego quo citius eo melius maturari necessarium arbitror, cum mora plerumque soleat esse periculosa et exitialis, id quod res ipsa vetusque experientia satis superque testatur. Quod autem S.R.V. Maiestas dignitatis suae rationem habendam aequum esse iudicat, quod ne ego quidem infinitas eo, sed non video, unde S.R.V. Maiestatis dignitas laedi aut aliqua ex parte affici possit. Etsi enim re infecta actionem illam frustraneam esse contingat, fecisse tamen in hoc S.R.V. Maiestatem constaret, quod christianum, prudentem omnique laude dignum decuit Regem, qui non tam suo honori amplificando, quam Reipublicae saluti bene consulendo eam suscepit. Cui actioni Illustrissimum Principem Dominum Ioachimum, Marchionem Brandenburgensem et Sacri Romani Imperii Archicamerarium etc., ascisci se facile passurum confido.

Nec Serenissimum Daniae Regem<sup>3)</sup> etc. suas vices deserturum, quodque suarum fuerit partium, recusaturum, certo mihi habeo promittere. Timendum autem prae omnibus moram esse exiguo meo iudicio vereor. Quam ut vitet S.R.V. Maiestas, pro ea fide et obedientia, qua eidem obligatus sum, etiam atque etiam enixeque oro, dignetur in iis exequendis ac impetrandis S.R.V. Maiestas legatum aliquem ad Imperatoriam Maiestatem mittere, cum id literis mandare non tantum habeat authoritatis. Id procul dubio S.R.V. Maiestati sempiterna laudi magnoque cedet honori,

eritque tale, quo se misera et calamitosa Germaniae Respublica plurimum adiutam sentiet. Ego vero in iis compensandis nihil debitorum officiorum subterfugiam. De mandato in causa miserae viduae Hermendorffii ad me transmisso eas, quas debeo, S.R.V. Maiestati ago gratias confidoque viduae aliqua ex parte inde subventum iri. Cupio et exopto S.R.V. Maiestatem diu foelicissime valere. Datae Regio Monte.

- a) *in ms. voti*
- b) *supra lineam.*
- 1) *Carolus V.*
- 2) *Ioannes Fridericus.*
- 3) *Christianus III.*

N. 2889.

E Regio Monte, 11.III.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori*

*Vinoldum Pfunff, civem et mercatorem Gedanensem, cum quodam Ivano Michałowicz ratione aliquot lastorum cineris causam habentem, commendat.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 320-322.

N. 2890.

E Regio Monte, 11.III.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski]*

*de recreata regis senioris valetudine gaudet; pro studio et diligentia ab eo adhibita, ut Fabianus Czema munus succamerarii Marienburgensis adipiscatur, gratias agit; Felicem ab Allen commendat, ut etiam aliqua dignitate ornari possit; mortem cancellarrii Regni Poloniae [Thomae Sobocki] et primarii medici regis [Andreae] dolenter se ferre nuntiat.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 978.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 316-317.

N. 2891.

E Regio Monte, 11.III.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo I regi Poloniae*

*totius negotii heredum Lucae Ketting, Gedanensis, et viduae Martini Hermendorff, prolixior expositio et commendatio.*

(Latine)

*Cfr. El. XXX, N. 331.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169 et Germ., K. 1170).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 325-331 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 357-366v).*

*N. 2892.*

*E Regio Monte, 14.III.1547.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo I regi Poloniae*

*Franciscum Thege, iuris utriusque doctorem et consiliarium suum, arduis quibusdam in negotiis suis ad regem et status Poloniae mittit et petit, ut ei rex facilem aditum praebere eumque benigne audire et exaudire velit.*  
*(Sub textu: Mutatis mutandis Regi Iuniori, Reginae Poloniae [Bona] episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski], Comiti a Tharnau Castellano Cracoviensi, Archiepiscopo Gnesnensi [Nicolao Dzierzgowski], Supremo Marschalcko Kmitha, Comiti a Gorckau, statibus Regni Poloniae, Stanislao Lassko, Nicolao Wolski Curiae Magistro, Sborawski).*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXVII, NN. 995, 996.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 322-323.*

*N. 2893.*

*E Regio Monte, 14.III.1547.*

*Albertus dux in Prussia*

*statibus et ordinibus Regni Poloniae, in conventu Cracoviensi congregatis, litterae credentiales pro Francisco Thege.*

*(Latine)*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 323-324.*

*N. 2894.*

*E Regio Monte, 14.III.1547.*

*Albertus dux in Prussia*

*episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski], Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, Andreeae a Górką, castellano Posnaniensi, litterae credentiales pro Francisco Thege.*

*(Schedula litteris ad Ioannem Tarnowski et Andream a Górką adiuncta: de parte argenti sui per quendam Rychwalski rapti nondum recuperata).*

*(Latine)*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 324-325.*

N. 2895.

E Regio Monte, 21.III.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Bonae reginae Poloniae*

*pro clementi erga se affectu et salutis precatione, per servitorem eius sibi dela-*  
*ta, gratias agit; de rege bona valetudine praedito, "quamvis venerandam*  
*ac laudabilem senectutem agente", gaudet et gratulatur; quaevis optima*  
*ei precatur.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 333-335 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 361v-362).

N. 2896.

E Regio Monte, 21.III.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*abbati Czervensi [Ioanni Lewicki]*

*affini eius Krotowski (vel Skotowski), cui pro patrato facinore poena capitalis*  
*irroganda fuisse, vitam se clementer concessisse nuntiat, sed ne eius*  
*generis facinora impunita aliis malo exemplo sint, mulctam pecuniariam*  
*120 marcarum ei adiudicatam esse.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 983.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169 et Germ., K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 331 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 361-361v).

N. 2897.

E Regio Monte, 22.III.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, M.D.L. marscalco,*

*ab eo rogatus, ut de filio "Generosi Alexii Ferdrowitz" inquisitionem faceret,*  
*respondet se comperisse, "ipsum puerum in hospitio satis honesto et*  
*commodo degentem, tum etiam quod praeceptore satis probato et diligenti*  
*uteretur, ut taceamus, quod linguam Germanicam... mediocri-*  
*ter... pro temporis brevitate, qua hic fuit, percepit; quare non est, ut*  
*pater ipsius quicquam ea de re sit sollicitus".*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 332.

N. 2898.

E Regio Monte, 22.III.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislaο Kiežgajło*

*duos adolescentes, bonarum litterarum studiosos, cum tertio Georgio, eius servitore, sibi commendatissimos esse nuntiat; pro benevolentia et auxilio, Friderico Staphylo, theologiae professori, in expediendis negotiis ipsi demandatis exhibito, gratias agit eumque hortatur, "ne quid porro, quemadmodum... coepit, in propaganda evangelica veritate intermit-tat ac verbi divini ministros citra metum ullum ad id depredicandum iuvet et exuscite".*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 53, f. 333.*

N. 2899.

E Regio Monte, 26.III.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo I regi Poloniae*

*nuntiat se valde mirari, quod imperator, pacis semper et concordiae amantis-simus habitus, pacis condiciones accipere recuset.*

*Cfr. El. XXX, N. 354.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, f. 335-338.*

*Regi Poloniae Seniori, XXIV Marcii.*

*Miratur, quod Caesarea Maiestas<sup>1)</sup> pacis conditions non accipiat, nec admittat.*

*Serenissime Rex etc.*

*Sacrae R. Maiestatis Vestrae literas, Cracoviae quinta Marcii datas, debita cum reverentia accepi ac legi. Quibus nuntium suum a Caesarea Romanorum Maiestate rediisse hocque responsi attulisse significat: videri Imperatoria Suae Maiestati consultum, ne quem S.R. Maiestas Vestra legatum et internuntium de pace confidencia mitteret. Quod res Maiestatis eius eo in statu versentur, ut spes sit, quod superest rebellium, uti vocat, vel sua sponte redituros ad obedientiam, vel facili negotio ad ditionem compelli posse. Et quae praeterea ei scripto adiecta fuere. Quae omnia magna cum diligentia perlegi. Principio vero nullum plane dubium est, quin S.R. Maiestas Vestra hac ipsa ad Imperatorem missione inprimis Deo Optimo Maximo, qui pacificos mirifice extollit eosque filios Dei appellat, gratum et acceptum praestiterit officium, propter quod ab universis etiam hominibus (licet ipsa transactione reiecta nunc et contempta) non exigua gloria et laude, quae in multorum mentibus immortalis erit, ornabitur, ut illud praeteream, quod haud dubie quivis harum rerum non inscius Deum omnipotentem pro salute, incolumitate, longa vita, omniumque rerum suc-cessu optato maiore animi contentione enixius precabitur.*

*Caeterum ego mecum statuere nequeo, cum Caesarea Sua Maiestas inde ab initio usque huc pacis amantissima semper habita sit ac multis rationibus et evidenteribus documentis re ipsa ostenderit se pacem, quietem et concordiam bellis, turbationibus et regionum vastationibus, pro sua cae-*

sarea clementia et mirifica mansuetudine, longe praeferre, ac pene haereo dubitove, sit ne istud caesareum responsum his enumeratis omnibus prorsum adversum. Neque enim satis iudicare possum, quo id pacto intelligendum sit aliter. Quam autem inopinatum et insperatum hoc accidat, nemo non videt, praesertim cum nulli obscurum sit omnesque homines fateri oporteat, in potenti manu Dei altissimi posita esse universa, Suamque Maiestatem divinam altissimum coeli locum occupasse, ut inde ex alto despiciens super filios hominum, et ea, quae coram mundo despecta sunt, videat. Quis autem eius consilia, quae humanae rationi occultissima sunt, investigabit? Quis mentem Dei, aeterna sua decreta, divina et occulta iudicia, quo nos cogitatione aspirare non possumus, perscrutabitur? Ut taceam, quam dubius belli Mars et anticipites proeliorum soleant esse exitus, quam fortuna sit instabilis, quae non raro victores opprimit, ut victos extollat. Quo fit, ut non saepe expertum sit vel fortunatissimum quenquam belli ducem, adeoque victorem, aequas pacis induciarumve conditiones recusasse.

Quibus de causis prorsus mihi persuasum habebam Caesaream Maiestatem pericula undique ab exteris hostibus, hinc a Turcis, Tartaris et Valachis, illinc ab aliis infidelibus Reipublicae Christianae impendentia, consideraturam easque vias et rationes, quibus iisdem resisti et obviari possit, quaesituram potius, quam ut hoc bello civili quodammodo et exitioso suum ipsius Imperium ac Regnum labefactaret, sive verius excinderet ac tantum insuper christiani sanguinis profundi pateretur. Quoniam autem haec Dei nimirum voluntas est, qui animum Caesareae Maiestatis eius in proposito perseverantem retinet, quid agamus aliud, quam ut hanc rem omnem illi ipsi Deo commendemus sique cogitemus: Hanc esse Dei Optimi Maximi beneplacitam voluntatem, qui non per homines, sed sua propria divina omnipotentia hoc negotii confectum atque in statum tranquillum et pacificum reductum velit. Interim tamen precibus nostris indesinenter urgeamus et fatigemus eum, ut universae Christianae Reipublicae pacem et tranquillitatem clementer largiri dignetur. Quod cum fiet, nullum dubium est, nos petitis suo tempore potituros. Quapropter non succurrit mihi, quid porro S.R. Maiestati Vestrae in hoc negotio (quandoquidem amicae et arbitriae transactiones omnes repudiantur) faciendum sit, eiudem autem arbitrio regio, iudicio exquisitissimo et prudentissimo haec omnia relinquo. Non dubitans aeternum Patrem Servatoris nostri Iesu Christi Caesareae Maiestatis cor et animum etiamdum gubernaturum, ut pro pace, quiete et concordia in Imperio Germanicae Nationis stabienda arbitrarias et condicionales transactiones sit admissurus.

Extremo illud quaeso, S.R. Maiestas Vestra non negligat, quin omnes causae huius circumstantias suo suique Regni nomine diligenter velit perpendere idque navare operam, ut in suo Regno eique vicinis et incorporatis terris ac regionibus pace et tranquillitate una cum suis subditis frui possit. Quod quidem pro mea persona, divina iuvante gratia, cuius opem supplex imploro, similiter in hoc meo Ducatu sedulo ac diligenter curabo. Atque haec Sacrae Regiae Maiestati Vestrae responsi loco rescribenda existimavi. Quam enixe peto, ut me, quod hactenus factum, clementer sibi commendatum habeat. Id meis servitiis omnibus, debitissimis studiis et officiis sedulis promereri conabor. Christus faxit S.R. Maiestatem Vestram diutissime salvam, incolumem et superstitem. Ex Monte Regio ut supra.

Commissio Principis propria.  
Constantinus.

1) *Carolus V.*

*Albertus dux in Prussia*

*episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski]*

*de responso ab imperatore regi dato; de calamitoso statu Germaniae; de toto  
negotio Deo committendo.*

*(Schedula I: de captivitate Alberti iunioris; de morte reginae Romanorum  
[Annae]; de Turcarum et ceterorum christiani nominis hostium conatibus  
etc.)*

*(Schedula II: rogat, ut captivitatem Alberti iunioris aliis significet).*

*Cfr. El. XXXVII, N. 979.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, f. 338-343.*

**Episcopo Cracoviensi, Summo Cancellario, XXVI Marcii.**

Reverendae Paternitatis Vestrae literas, quibus S.R. Maiestatis Poloniae, Domini et avunculi nostri clementissimi, adiunctae fuere, accepimus. Ex quibus quale responsum Caesarea Romanorum Maiestas<sup>1)</sup> ad proxima scripta et postulata regia dederit, cognovimus. Nec minus Reverendae Paternitatis Vestrae diligentiam, industriam et promptitudinem, quam in his exitialibus plus quam civilibus et intestinis in Germania bellis sopianis pace optata commutandis adhibuit porroque adhibere parata est, perspeximus. Pro quibus omnibus Reverendae Paternitati Vestrae maximas, amicas et fraternalis merito agimus gratias, relaturi, si quando facultas data fuerit, et libenter et cumulate. Et quamvis superioribus nostris literis S.R. Maiestati Suae, pro nostri ingenii tenuitate, rationes, quae ad tollendum perniciosum hoc bellum et cavendam ulteriore Germanicae nationis vastationem et interitum accommodatae et necessariae nobis videbantur, exposuimus, tamen illis ipsis apud Caesaream Maiestatem, ut videmus, nihil effectum aut impetratum est. Quare negotium illud universum Deo Optimo Maximo, uti ex nostro ad S.R. Maiestatem responso similiter patet, commendandum est, isque rogandus, dignetur pro sua immensa clementia et paterna misericordia ita in medium consulere, ut tandem pax, concordia et tranquillitas in Republica Christiana constituatur et firmiter conservetur, bella vero et inimicitiae magnorum Principum restinguantur. Quippe is in coelis habitans omnium Regum, Principum et Dominorum animos et cogitationes in manibus habet easque pro nutu et lubito suo, quocumque vult, dirigit. Nequaquam dubitantes ipsum, misericordiae patrem, suo et quidem commodissimo tempore rebus hisce afflictis et perturbatis auxilio affuturum omniaque bono fine terminaturum. Quod nos humillimis nostris a sua clementia precibus indesinenter et supplices quidem exorare et impetrare non desinemus. Cuius divinae protectioni Reverendam Paternitatem Vestram, cui hoc respondere voluimus, etiam atque etiam fraterne commendatum facimus. Ex Monte Regio.

**Cedula in literis Episcopi Cracoviensis.**

De captivitiae Marchionis Alberti et morte Ferdinandi uxoris<sup>2)</sup>; utque iterum Romanorum Caesarea Maiestas literis sollicitetur, petit etc.

In ipsa literarum obsignatione rumore accepimus Sacram Reginalem Romanorum Maiestatem diem suum obiisse. Quod sane dolendum et

auditu tristissimum. Illustremque Principem Alberium Marchionem Brandenburgensem, nepotem et filium nostrum charissimum, cum toto exercitu adiunctoque universo equitum et peditum comitatu partim profligato, partim deleto, a Duce Saxoniae Electore<sup>3)</sup> cum aliis quibusdam, tam de illustri Principum quam nobilium familia, captivatum esse. Cum autem huic famae plenam ac indubitatem fidem non adhibendam esse duceremus, remorato interim a nobis nuntio, vera ac fide digna relatione rem sic se habere cognovimus. Id quod nobis multis sane nominibus (quemadmodum R.V. Paternitas facile perspicit) non parum gravaminis, molestiae et doloris parit, habita arctae consanguinitatis copulae profusique tot sanguinis christiani ratione, quod alio utilius multo converti potuisset. Quare in mentem nobis venit, esset ne utile, consultum et commodum, si S.R. Maiestas, Dominus et avunculus noster clementissimus, non attento proxime accepto responso (quod tamen aliquibus rationibus dilui posset), iterum nomine huius casus apud Imperatoriam Maiestatem de pacificatione instaret et ageret, atque in hanc sententiam debito ornatu adhibito per literas sollicitaret. Etsi Maiestas Sua Imperatoria victoram manu veluti tenere videretur, eum tamen casum accidisse, quem non posset non S.R. Sua Maiestas dolenter ferre, eo quod praefatus Illustris Marchio Brandenburgensis S.R. Maiestatis sit feudatarius Princeps eidemque arcta sanguinis necessitudine coniunctus.

Praeterea incertum adhuc esse et stare in arbitrio omnipotentis Dei, quid ille pro divina sua clementia et voluntate deliberato et inperscrutabili suo consilio factum et constitutum velit. Taceri interim, quid Turca caeterique christiani nominis hostes, in procinctu iam existentes, moliantur, ut necessarium plane sit eos, qui nomen Christi profitentur, inter se concordare et pacifice vivere. Proinde dignaretur Caesarea Sua Maiestas, tanquam christianissimus ac laudatissimus Imperator, qui a quietis consiliis et pacis autore nunquam abhorruerit, aut saltem inducias, huic negotio amicabilem transactionem admittere, praecipue etiam eam ob causam, ut dictus Marchio Albertus, quoniam in Caesareae Suae Maiestatis ministerio existens, hanc cladem acceperit et tali captivitate detineatur, a qua et fortasse praeter hoc non ita facile liberandus sit, isto gravamine, ubi et alia incommoda Suae Illustritati evenire possent, eximatur, sanguinis christiani profusio caveatur ac omnia quieta pace terminentur. Hisque petitonibus non dedignaretur Imperatoria Sua Maiestas nomine S.R. Suae Maiestatis et ad exhibendum praenominato Marchioni Alberto favorem et clementiam acquiescere ac locum dare, cum omnino spes sit haec negotia citra ullam interventionem componi posse. Quod si Imperatoria Sua Maiestas rem omnem ad praedicatam amicabilem pacificationem remittere dignata fuerit, illudque redimendo Marchioni Alberto clementer dederit, sempernae id Maiestati Suae futurum laudi, inclitaeque Brandenburgensis familiae domum, Imperatoriae Suae Maiestati multis nominibus iam devinctam, fore devinctissimam, quemadmodum id R.V. Paternitas meliore forma et ingeniosius amplificare poterit.

Huic promovendo non incommode nobis videtur auxilium et operam S.R. Romanorum Maiestatis a S.R. Maiestate, Domino nostro clementissimo, flagitari, instituta praecipue ad pacem conficiendam redimendoque saepius nominato Marchioni Alberto petitione, id quod R.V. Paternitas et S.R. Maiestas pro eximio et excellenti suo ingenio aptioribus huic negotio argumentis proponere habet. Haec si R.V. Paternitas utilia et commodo futura putaverit, arbitreturque hoc casu S.R. Maiestati occasionem iterum Imperatoriam Maiestatem de pace sollicitandi dare posse, relinquimus id

R.V. Paternitatis iudicio, fraterne ac amice petentes, dignetur R.V. Paternitas haec omnia, et si quae praeterea ad pacem publicam redimendumque nepotem nostrum, cui captivitas illa procul dubio multum molestiae est allatura, conducere cognoverit, meliore forma fideliterque, uti pacis amator, frater et amicus nobis sincerus ac intimus, ad S.R. Maiestatem referre. Id procul dubio Deus largitor rependet. Factura autem in hoc R.V. Paternitas rem nobis gratissimam fraternalis amicisque studiis compensandam. Scripsimus et in eandem sententiam S.R. Maiestati Iuniori, Domino et consobrino nostro clementissimo, dignaretur Sua Maiestas Regia ei negotio promovendo de opera et auxilio impetrando clementer incumbere. Non difidentes S.R. Suam Maiestatem, quantum in ea fuerit, consulenda paci publicae tollendaeque Marchionis Alberti captivitati nihil in se desiderari passuram. Datum ut in literis.

Alia cedula Episcopo Cracoviensi.

Extremo vehementer ac fraterne petimus, R. Paternitas Vestra dignetur Illustri, Magnificis ac Generosis Dominis, Comiti a Tharnow, Castellano Cracoviensi, Comiti de Visnitze, Palatino Cracoviensi<sup>4)</sup>, itemque Castellano Posnaniensi<sup>5)</sup> ea, quae de Marchionis Alberti negotio R. Paternitati Vestrae scripsimus, communicare. Quia tempore exclusi separatum earum Illustrati et Magnificentis scribere non potuimus. Ut supra in literis.

- 1) *Carolus V.*
- 2) *Anna.*
- 3) *Ioannes Fridericus.*
- 4) *Petrus Kmita de Wiśnicz.*
- 5) *Andreas a Górką.*

N. 2901.

E Regio Monte, [28.III.1547].

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori  
de incursione violenta vicecapitanei sui Tilsensis, in oppidum regium Wojniuta facta, sibi aliter ac regi delatum esse significat; suadet tamen, ut non solum haec res commissariis utrinque delegatis diitadicanda committatur, sed et universum finium controversorum negotium pro utriusque partis commodo dirimatur componaturque, quo in posterum omnes lites et iniuriiae omnino tollantur; negotium Volmari a Kunheim a rege sibi commendatum curae sibi futurum promittit.*

(Latine)

Cfr. El. XXX, NN. 351, 355, 361.

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 344-346.

N. 2902.

E Regio Monte, 28.III.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori  
de Alberto iuniore, nepote suo, ab electore Saxoniae in proelio victo et capto*

*nuntiat; rogat, ut non solum apud regem patrem, sed etiam apud imperatorem et regem Romanorum operam interponat, quo condiciones pacis accipientur.*

*Cfr. El. XXX, N. 360.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 346-349.*

Regi Poloniae Iuniori, XXVIII Marcii.

Ut non tantum patri hoc persuadeat, verum etiam suam autoritatem apud Caesaream Maiestatem<sup>1)</sup> et Romanorum Regem<sup>2)</sup> interponat, quo conditions pacis accipientur.

Serenissime Rex etc.

Scripsit ad me proximis hisce diebus S.R. Maiestas Senior, Dominus et avunculus meus clementissimus, quid nuntio suo proximo ab Imperatoria Romanorum Maiestate responsi datum sit, videlicet ne quem S.R. Maiestas Sua legatum et internuntium de pace in Imperio conficienda mitteret, quod res Imperatoriae eius Maiestatis eo in statu versarentur, ut spes sit, quod superesset rebellium, ita enim appellat, vel sua sponte reddituros ad obedientiam, vel facili negotio ad ditionem compelli posse etc. Tametsi autem S.R. Maiestati Suae rescriperim me certo statuere non posse, quid porro in hoc negotio (cum amicæ et arbitrarie transactiones omnes repudientur) sit faciendum, quin imo totam rem Deo Optimo Maximo committebam esse, qui suo et quidem commodissimo tempore his rebus omnibus solus noverit succurrere, tamen cum nudius quartus ab hominibus fide dignis ad me constanter allatum sit Illustrem Principem, nepotem meum ex fratre charissimum, Dominum Albertum Marchionem Brandenburgensem etc., factionis caesareae, a Principe Saxoniae Electore<sup>3)</sup> in quodam proelio et certamine superatum, copias eius equestres et pedestres partim profligatas et extinctas, partim captivatas, ipsum vero Marchionem Albertum cum multis ex ordine nobilium, necnon quibusdam suae ac ducalis sortis hominibus, vivum in Electoris Saxoniae potestatem venisse. Quae res animum meum dolore admodum perculit, tum propter arctam et propinquam sanguinis coniunctionem, qua mihi loco filii devinctus est, tum propter aeditam istam stragem et tantam christiani sanguinis profusionem hominumque optimorum et bellicosissimorum internecionem, qui multo rectius adversus fidei hostes proeliantes occubuerint. Non dubitavi S.R. Maiestati Suae hunc casum fortuitum, acerbum et infoelicem, commemorare, quo ob oculos posito secum expenderet, sit ne consultum apud Imperatoriam Maiestatem porro instare, movere summaque contentione in id incumbere, ut non habita ratione prioris responsi (quod nihilominus argumentis ad id accommodatis diluendum esset) casum istum satis tristem consideraret seque mitem atque flexibilem ad humanitatem praeberet, nimirum cogitans vero Principe nihil esse dignius, nihil omnino laudabilius placabilitate, lenitate, misericordia, nihil contra detestabilius inclemensia, iracundia, crudelitate.

Quapropter S.R. Maiestatem Vestram subiectissime etiam atque etiam oro, ea non modo pientissimo suo parenti ad haec facienda, si qua forte Imperatoris animus ad pacis consilia amplectenda flecti possit, autor et hortator esse, verum etiam pro sua persona apud Imperatoriam Maiestatem quibus potest precibus et monitionibus instare velit, ut pacis induciumve conditions non reiiciat. Quin etiam S.R. Maiestas Vestra, si videbitur, pro mediatore se una cum aliis Regibus, Electoribus et Principibus

offerat, idque quo celerius fieri potest, ne mora longior aliquid afferat detrimenti. Pluribus autem rationibus S.R. Maiestas Vestra ad hanc rem commode uti potest. Hac nimirum ratione, quod etsi victoriam in manibus habere Imperatoria Sua Maiestas videatur, tamen hunc casum Marchionis accidisse, quem S.R. Maiestas Vestra non posset non dolenter ferre, propterea quod et Regni Poloniae feudatarius Princeps et arcto sanguinis vinculo S.R. Maiestati Vestrae devinctus esset, ut taceatur interim de occulto Dei iudicio, quo nos cogitatione aspirare non possumus, qui in manibus suis universa continet, ut magnum adhuc sit dubium, cuinam parti victoriā sit largiturus. Possunt hic enumerari pericula a Turcis et aliis infidelibus Reipublicae Christianae impendentia, quae omnino flagitant, ut christianorum Principum inter se odia, inimicitiae et bella intestina sopiantur et restinguantur. Quae omnia Imperatoriam Suam Maiestatem movere merito debent, ut non ducat eos universos, qui aliquid in Suam Maiestatem deliquerunt, usquequaque persequendos, quin potius ut ad pacem cum iis ineundam animum cogitationemque suam dare velit, idque eo magis, ut dictus Marchio Albertus, qui quidem Imperatoriae Suae Maiestatis nomine ac iussu bella gerens captus est, eo citius liberetur. Nam si ea liberatio differatur, potest Suae Illustrati magnum facile detrimentum et calamitatem afferre. Quod quo facilius obtineatur, S.R. Maiestatem Vestram obnixe, ut Imperatoria Maiestas his regiis precibus et postulationibus ad exhibendam dicto Marchioni hanc gratiam et clementiam, quam omnibus votis flagitare videtur, locum facere velit. Quibus postulatis si annuat, bona spes superest fore, ut sine cruentis caedibus tota causa transigatur.

Expendat insuper hoc Imperatoria Sua Maiestas, quod si arbitrarias transactiones, praesertim vero in causa liberandi Marchionis, admiserit, immortalem inde laudem et gloriam se habituram, ut taceam familiam Marchionum Brandenburgensem, antea quidem Suae Maiestati Imperioque inde usque a multis saeculis devictam, hac sibi clementia arctius multo devincturam, quemadmodum his omnibus S.R. Maiestas Vestra debitos colores et digna verborum ornamenta addere poterit. Simili plane ratione apud S.R. Romanorum Maiestatem agendum erit, cum enumeratione consueta, quantum molestiae ac moeroris Serenissimae Reginae<sup>4)</sup> mors S.R. Maiestati Vestrae attulisset etc. Tandem petendum, daret operam, ut pax inter Imperatoriam Maiestatem et Principes conficiatur, utque Marchio Albertus sua captivitate amicabili transactione levetur et liberetur etc. Hoc faciendo S.R. Maiestas Vestra Deo omnipotenti gratissimum praestabat obsequium ac de tota Republica Christiana praecclare merebitur, cuius laudem et gloriam omnes mortales perpetuo celebrabunt. Ego autem cum dicto Alberto Marchione Brandenburgensi debitiss officiis subditisque studiis omni tempore promerer conabor. Datum Regio Monte etc.

Relatio Cancellarii.

1) *Carolus V.*

2) *Ferdinandus I.*

3) *Ioannes Fridericus.*

4) *Anna.*

N. 2903.

E Regio Monte, 28.III.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, R.P. exercituum capitaneo,  
de dolenda vice nepotis sui Alberti marchionis Brandenburgensis ex litteris, ad  
episcopum Cracoviensem datis, eum copiosius edoctum iri nuntiat et  
rogat, ut regi persuadere studeat, quo ad imperatorem de marchione  
Alberto liberando scribere velit.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 994.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 343-344.

N. 2904.

E Regio Monte, 28.III.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Petro Zborowski, castellano Malogostensi, regis Poloniae iunioris curiae magi-  
stro,  
rogat, ut negotium regundorum finium apud regem promoveat et regem horte-  
tur, ut de pace et liberatione Alberti iunioris apud imperatorem agat.*

Cfr. El. XXXVII, N. 981.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 350-352.

Petro Sborowsky, Magistro Curiae, 28 Marcii.

Ut apud Regem intercedat, ne tantum controversiae illae dirimantur,  
quaes in districtu Coadiutent sunt, sed totum negotium de finibus diiu-  
dicetur. Item ut Regem hortetur, ut apud Caesarem<sup>1)</sup> de pace agat et  
liberatione Marchionis Alberti.

Salutem et benevolentiam nostram.

Magnifice ac Generose, Amice nobis sincere dilecte.

Accepimus Magnificentiae Vestrae literas, quibus nobis tum pro favore  
ac benevolentia nostra, quam proximis literis erga eandem declaravimus,  
gratias agit, tum quae nova habeantur in Regno Poloniae, communicat.  
Quae omnia acciderunt nobis gratissima. Inprimis vero Magnificentiae  
Vestrae pro transmissis novitatibus, quodque nobis de statu Serenissima-  
rum R. Maiestatum, quem hoc tempore pro conditione personarum satis  
tollerabilem esse nuntiat, perscribit, magnas habemus gratias. Dici enim  
vix potest, quaes nobis utriusque Regis incolumitas et prospera valetudo  
curae sit, ut hercule Magnificentia Vestra haec nobis perscribens non exigua  
nos beatitudine beasse videatur. Quod si quando facultas dabitur, clemen-  
ter et amice promereret studebimus.

Ceterum ignorare Magnificentiam Vestram haudquaquam suspicamus,  
quid proximis literis S. Regia Maiestas Iunior, Dominus et consobrinus  
noster clementissimus, significarit, videlicet constitutos a S. Regia Sua  
Maiestate commissarios ad diem divo Georgio dicatum, qui de iniuria  
incursus, quem Vicecapitaneus noster Tilsensis in oppido Woiniutha

districtus Poirensis commisso perhibetur, cognoscant, postulans, ut ad eum diem nostros quoque commissarios eodem ablegemos. Iam vero regium hoc consilium et institutum, ut aequitati consentaneum est, ita magnopere nobis probaretur, nisi ad hunc solum casum et hanc solam controversiam cognoscendam et tollendam destinatum esset. Cum tamen circa universum limitum negotium plures sint et atrociores multae iniuriae, quae indecise interim relinquuntur, quare quid aliud agamus, quam ut a S. Regia Maiestate Sua summis contendamus precibus, ut ad totam finium regundorum controversiam, omnesque iniurias, lites et dissensionum causas cognoscendas et terminandas, certos suos commissarios ad certum diem et locum cum nostris congrediendi ordinare ac deputare dignetur. Quas nostras preces ut Magnificentia Vestra sua autoritate, consilio et suasu ad S. Regiam Maiestatem, quod potest, promovere velit, vehementer petimus.

Nam si toto corpore laborante, uni dumtaxat membro, nec principaliori quidem, medicina adhibeatur, non obscure Magnificentia Vestra parum ea re corpus levari intelligit. Sic nobis huius unius caussae decisio parum proderit, cum ea restent terminanda, quae his querelis ac iniuris omnibus et originem praebent et fomitem suppeditant. Quos autem sumpitus quasve impensas inde usque ab initio pro finium negotio terminando fecerimus, non est loci huius nunc enarrare. Sed neandum ea res gravis nobis accidit, modo non prorsus sine fructu suscipiatur. Quapropter Magnificentiam Vestram iterum etiam atque etiam amice petimus, ea nostro nomine apud S. Regiam Maiestatem intercedat, ut non solum dominium ac possessio districtus Coadiutent, qui citra omnem controversiam (uti haud dubie ex regiis proxime commissariis cognitum est) ad nostrum Ducatum Prussiae pertinet, tradatur, verum etiam reliquum negotium circa limites et fines universum, una cum iniuriis, controversiis, litibus et dissensionibus omnibus, cognoscatur et terminetur, ut quivis hoc modo quod suum est obtineat, utque pax, concordia, bona vicinitas, benevolentia mutua tanto melius inter subditos alatur et firmius conservetur. Hoc faciendo Magnificentia Vestra laudem et gloriam non mediocrem consequetur, de subditis autem utriusque Ducatus paeclare merebitur. Et nos amicis studiis, quoad possumus, clementer compensabimus.

Extremo Magnificentia Vestra ex regiis literis intelliget de casu et fortuna satis tristi Illustrissimi Principis nepotis nostri ex fratre charissimi, Domini Alberti Marchionis Brandenburgensis, qui cum Electore Saxoniae<sup>2)</sup> nuper admodum confligens, vivus in potestatem hostium suorum, cum multis nobilibus, aliquibus etiam suaे sortis hominibus, pervenit. Petimus itaque vehementer, Magnificentia Vestra autoritatem suam interponat, ut S. Regia Maiestas se pro mediatore in eo negotio offerat, idemque S. Regiae Maiestati Seniori suadeat, nec mora longa, quae plerumque periculosa esse conuevit, interponatur, sed quo celerius fieri potest, id detur opera, quo tandem Illustritas Sua liberetur et pax in Imperio constituatur. Hoc nobis Magnificentia Vestra gratissimum fecerit, quod nostra benevolentia compensabimus. Cupimus Magnificentiam Vestram bene foeliciterque valere. Ex Monte Regio.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii  
Constantinus.

1) *Carolus V.*

2) *Ioannes Fridericus.*

N. 2905.

E Regio Monte, 28.III.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, M.D.L. marscalco,*

*rogat, ut a rege impetrare conetur, quo non solum ad incursionem violentam,  
a vicecapitaneo suo Tilsensi in oppidum Wojniuta factam, cognoscendam  
et diiudicandam commissarii ordinentur, sed universum limitum negoti-  
tium a regis et suis commissariis componatur ac omnes in posterum con-  
troversiae consopianter.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 352-353.

N. 2906.

E Regio Monte, 28.III.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, capitaneo Samogitiae,  
eius gratiarum actionem pro servitore liberato iucundam sibi fuisse nuntiat;  
pro opera apud regem adhibita, ut viae ex Samogitia in Ducatum Prussiae  
mercatoribus suis praeclusae tandem recluderentur, gratias agit; rogat, ut  
apud regem instet, quo commissarii non solum ad iniuriam a vicecapita-  
neo suo Tilsensi in oppido Wojniuta factam, sed ad universum limitum  
negotium componendum constituantur.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 982.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 353-355.

N. 2907.

E Regio Monte, 28.III.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,*

*de mutationibus in aula regia Cracoviensi, infirma regis senioris valetudine  
provocatis, mirandum non esse scribit; regi Ferdinando et ceteris princi-  
pibus christianis victoriam de crucis Christi hoste a Deo precatur; de  
tumultibus a castellano Posnaniensi sopitis gaudet; pro "pasquillo  
Romano" sibi misso gratias agit; horologium bonum sibi procurari iubet.*

Cfr. El. XLIII, N. 43.

(Adsunt 2 conc. Germ. et autogr. ducis Alberti, HBA, B, K. 1169 et 1170).

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 366v-369.

An Gabrieln Terla, den XXVIII Marty.

Edler und ernvester, besonder lieber.

Wir haben eur schreyben, zur Wilna den XVI Marty ausgangen,

bekommen, desselben inhalt zur notturft eingenomen und was den ersten punct angehet, euch durch unser eygen handtschreyben hiebey beantwort.

Als ir aber ferner anzeigen, das ir zw Crackau den hoff also verendert gefunden, darob ir auch schier keynen alten hoffmann vermerckt, durft ir euch unsers erachtens desselben nicht verwundern lassen, dann es bey allen sonderlichen krancken herschaften also pflegt zuzugehen. So lassen wir uns auch duncken, das die junge ko.mt. zu Polann etc., unser gnediger herr und freuntlicher, lieber oheim, der alten diener viel an sich ziehen werde, den Allerhochsten bittende, er wolle seine gnaden verleyhen, wann ers einmal zu enderung schickt, das die alten und neuen diener miteinander eintrechtiigk und einhelligk werden und ko.mt. mit so viel mehr treuen und vleis dienen.

Des Ferdinandi furhaben, glauben wir nicht ubel, das seine mt. mit solchem im werck gewesen. Der Allerhochste aber wolle seiner mt. und aller hohen potentaten hertz erleuchten, damit blutvergiessen verhut und dem feindt des Creutzes Christi, dem Turcken, so viel deste eher zu widerstehen und zu wehren.

Das der herr zu Posen<sup>1)</sup> cum titulo die aufrur, so sich daselbst erhaben, durch seine hohe von Got verliehene geschickligkeyt gestillet, haben wir gern gehort. Es verwundert uns aber warlichen nicht wenig, das die gutten geistlichen leuth sich, so sie doch teglich sehen, das teglich je mehr und mehr, wess ir thun ist, am tag kumbt, eins solchen understehen. Der liebe, almechtige Got geruhe zu ehren seynes heyligen namens alle irrenden mit dem liecht seiner gnaden gnediglichen zu erleuchten, uff das in aller welt sein heyliger nam ausgebreitert und sein liebes wort erkannt, auch fried und eynigkeit gestift moge werden.

*De equis (omittitur).*

Nec satisfaciunt adductae rationes, quominus mihi libertate mea frui liberum sit, cum et in aliis tam imperiis, quam regnis, citra dignitatis superioris laesionem, incorporatorum Principum, Dominorum et civitatum moneta in usu habeatur, multumque honoris et eminentiae Imperatoriis et Regiis Maiestatibus illa subiectione accedit. Quare cum S. Regia Vestra Maiestas regalia, quae laudabiliter mecum ad Coronam Poloniae attuli, literis et sigillis confirmarit, ac crebris S. Regiae Vestrae Maiestatis inclitique Senatus literis et promissionibus acceperim nihil ad violationem privilegiorum, libertatum, iurum ac regalium meorum susceptum iri debere, S. Regiam Vestram Maiestatem subditissime oro, dignetur haec omnia, praecipue et productas caussas, quas non tanti ponderis esse existimo, ut per eas literae, iuramenta et sigilla solvi aut infirmari, nec ita fundatas puto (si modo aequitas et ratio aliquem locum habent), ut in medium proferri aut iactitari merito debeant, diligenter perpendere, nec ab adversariis meis se alio permoveri patiatur, quam ut me libertate mea et contractibus (a quibus nullo modo cedere posse videor) pacifice frui permittat, ut ego et fideles mei subditi plus regiam clementiam depredicare, quam contrarium gravatim ferre habeamus.

Quod vero S. Regia Vestra Maiestas praeter spem de rapto per Albertum Richwalski argento iterum id mihi responsi dedit, ut contra heredes Richwalski in iure competenti actionem instituam, Sacram autem Vestram Maiestatem Regiam authoritatem suam libenter interposituram, ut omni cunctatione semota et frustratorii quibuscumque dilationibus remotis, ius meum obtineam, his de causis sollicitum me detinet, quod nunc primum iure de eo agere debeam, cum palam et manifestum sit authorem ipsum facti confessum: se argentum rapuisse et in manus suas recepisse. Quoniam autem antea S. Regia Vestra Maiestas clementer promisit, quod integrum argentum recuperare debeam, certo mihi persuadeo S. Regiam Vestram Maiestatem eius pollicitationis regiae adhuc memorem fore ac clementer mandaturam, ut heredes, aut possessores bonorum Richwalsky, quod reliquum argenti mihi restituant. Non enim alterius quicquam, sed id, quod meum et a S. Regia Vestra Maiestate antea mihi promissum, postulo.

Quod S. Regia Vestra Maiestas excusationem Illustris Principis Marchionis Alberti, nepotis et filii mei charissimi, accipit, eas, quas debeo, S. Regiae Vestrae Maiestati pro amica et regia illa affectione ago gratias. Cum autem cum Illustritate Sua ita agatur (quod Deus in melius vertat) ac fortasse ea teneatur custodia, in qua vix illi pro libito quicquam agere liberum erit, aut per me vel Illustritatis Suae vicententes nuntiari aliquid poterit. Non dubito (id quod et subdite oro) S. Regiam Vestram Maiestatem ex regia indole, respectu arctae coniunctionis, prae oculis existentia impedimenta consideraturam, nec ea Illustritati Suae praeiudicio fore passuram. Quin imo eo rem omnem deductum iri, ut quod decet necessitasque ipsa postulat, in effectum tandem mittatur. Factura in hoc S. Regia Vestra Maiestas rem debitam meis obsequiis, etiam non parcens corporis aut fortunae bonis, quovis tempore promerendam. Christus Optimus Maximus S. Regiam Vestram Maiestatem diu salvam et incolumem conservare dignetur. Datae Regio Monte.

N. 2941.

E Regio Monte, 13.V.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Samueli Maciejowski, episcopo Cracoviensi, R.P. cancellario,  
pro negotiorum suorum in Comitiis Regni promotione gratias agit; rogat, ut  
det operam, quo edictum de moneta, regi et ordinibus Regni ignominio-  
sum, subditis vero detrimentosum, aboleatur et pars argenti sui ab Alberto  
Rychwalski rapti nondum recuperata restituatur; de officio cancellarii  
Regni ei oblato gratulatur.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 1003.

(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 392-394.

N. 2942.

E Regio Monte, 13.V.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Petro Kmata, palatino Cracoviensi, R.P. marscalco,  
pro diligentia in promovendo apud regem negotio suo et nepotis sui Alberti  
marchionis Brandenburgensis, ut e captivitate electoris Saxoniae libere-  
tur, hactenus adhibita, gratias agit eumque hortatur, ut operam navare  
perget, quo tandem nepos suus "honestis aliquibus rationibus" liberetur.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, NN. 996, 1002.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169 et Germ., K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 394-396).

N. 2943.

E Regio Monte, 14.V.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*castellano Posnaniensi [Andreae a Górką]  
litteras eius per legatum suum [Franciscum Thege] sibi allatas esse nuntiat;  
pro studio in promovendis negotiis suis adhibito gratias agit.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, NN. 995.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 396-397).

N. 2944.

E Regio Monte, 17.V.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo I regi Poloniae*

*rogat, ut tres boum sexagenas ad sustentationem aulae suae in ditionibus  
regiis sibi coemere et in Ducatum suum sine vectigalium solutione abdu-  
cere liceat, et ut servitores sui ad hoc negotium perficiendum missi litteris  
passus provideantur.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 399-400.

N. 2945.

E Regio Monte, 17.V.1547.

*Albertus dux in Prussia*

"comiti a Thanczin" [Stanislaw Tęczyński?]

*rogat, ut servitoribus suis, Christophoro Reiman, culinae praefecto, et Petro  
Gelhorn, litterarum exhibitori, in coemendis bobus adesse velit.*

(Sub textu: Mutatis mutandis Ducissae Mazoviae Odrowaschovae).

(Schedula litteris ad Annam Odrowąż adiuncta: ut eosdem servitores suos,  
si opus fuerit, etiam pecuniae subsidio adiuvet).

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 397-398).

N. 2946.

E Regio Monte, 17.V.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski]*

*rogat, ut a rege impetraret, quo tres boum sexagenas sibi in Regno Poloniae et  
ditionibus regiis coemere et in Ducatum suum ducere liceat.*

(Schedula: de commissariis terminandis finibus inter districtum Strass-  
burg (Brodnica) et Lauterbach et praefecturas Soldau (Działdowo) et Gil-  
genburg (Dąbrówno) constituendis).

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 398-399).

E Regio Monte, 18.V.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo I regi Poloniae*

*de electoris Saxoniae casu miserabili et bello civili in Germania; de magistri  
Ordinis Theutonicorum moliminibus etc.*

*(Schedula: de limitibus).*

*Cfr. El. XXX, N. 370.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169, et Germ., K. 1170).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, f. 402-405 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 348v-  
385v).*

Regi Poloniae Seniori, XVIII Maii.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Avuncule Charissime.

Etsi non dubitem S.R. Vestram Maiestatem rumore et fama cognitum habere, quam inopinatus, gravis et miserabilis casus voluntate divina (cuius nutu fiunt omnia) Illustri Principi et Domino Ioanni Friderico, Duci Electori Saxoniae, nepoti et affini meo charissimo, acciderit, tamen pro debita mea fide, qua S.R. Vestrae Maiestatis et inclytiae Coronae Poloniae salutem, eminentiam et commodum promovere, contrarium vero (quod Deus in longum avertat) pro virili cavere, me obligatum agnosco, meoque ipsius instinctu S.R. Vestrae Maiestati id significantum duxi. Si quae conditiones a Sacra R. Vestra Maiestate inveniri possent, quibus inclytiae Saxonum domui, cuius hactenus amicitia et benevolentia erga S.R. Maiestatem et Coronam Poloniae non nisi sincere cognita subveniri et consuli eaque media (quod S.R. Vestrae Maiestati, Regi prudentissimo ac multarum rerum experientiam longum prospicienti, perfacile est) excogitari queant, ut sedatis intestinis Romani Imperii bellis tam cruenta sanguinis christiani profusio mutuo se conficiens caveatur ac potius, quicquid est illarum virium, in hostes christiani nominis et Romani Imperii adversarios convertatur. Si enim inclyta domus Saxonum et vicinae provinciae prorsus ita supprimi et deleri, ac per exitiale hoc bellum et internacionem longiorum maritimis civitates etiam affici aut superari contingat, clementer S.R. Vestra Maiestas, pro divinitus ei largita prudentia, id reputet. Cum Magister Ordinis Teutonici<sup>1)</sup> (ut certo accepi) Imperatoriae Romanae Maiestati<sup>2)</sup>, tam in Gallico quam hoc bello, propriis impensis fideliter militaverit sitque illi iam de auxilio, cui Caesarea Maiestas consensisse dicitur, repetendi et impugnandi has Prussiae terras prospectum, nisi ad pacem per S.R. Vestram Maiestatem aliosque benevolentes fideli promotione res omnis redacta et extirpandis exitialibus illis bellis laboratum fuerit, quid tandem S.R. Vestrae Maiestati Regnisque et provinciis eidem incorporatis haec res gravaminis et detrimenti sit allatura? Amice ac officiosissime S.R. Vestram Maiestatem petens, dignetur haec tanquam non levia animo expendere, ac non attenta Imperatoriae Maiestatis de amicibili compositione recusatione, adhuc in hoc incumbere, ut bellum istud cruentum sopiaitur, eaque producantur media, quae liberationi Ducis Electoris Saxoniae et Marchionis Alberti, nepotis et filii mei charissimi, conducentia sint, nihilominus inde omne incommodum caveri in posterum possit iunctisque viribus hosti christianorum unanimi expeditione obviam eatur. Id procul dubio S.R. Vestrae Maiestati semperne cedet laudi, rem vero Deo Optimo Maximo factura gratissimam, Duci Electori et coniunctis iucundam, mihi autem debitum obsequiis et subditis studiis quovis tempore demerendam.

Aeternus Pater Domini nostri Iesu Christi S.R. Vestram Maiestatem ad salutaria rerum publicarum consilia et foelicem gubernationem diu servet sanam, salvam et in columem. Datae Regio Monte.

Cedula in literis Regis Poloniae Senioris

Caeterum quod S.R. Vestra Maiestas ad subditam meam flagitationem revisendis limitibus inter districtum Strasburgk et Lauterbach measque praefecturas Soldau et Gilgenburgk commissarios clementer ordinaverit, officiosissimas S.R. Vestrae Maiestati ago gratias. Verum eandem celare non possum, Reverendum amicum et vicinum meum, Dominum Tidemannum Episcopum Culmensem<sup>3)</sup>, et Magnificum Achatium Czema, Palatinum Marienburgensem, commissione illa gravari nonnihil eo nomine, quod intelligent Nobiles et Generosos Ioannem et Gabrielem Dzialinsky fratres, tanquam altera pars controversiae huius, in eadem et iudices designari suamque in propria causa sententiam ferre debere. Iam si S.R. Vestra Maiestas praefatos Dominos Commissarios terminationi illorum finium non sufficere putaverit, subditissime eandem oro, dignetur alios in locum fratrum Dzialinsky, qui minus suspecti esse possint, deputare. Si vero satisfacere posse censuerit, commissionem, pro S.R. Vestrae Maiestatis placito mutatam, mihi clementer transmitti mandet, ut, quicquid est controversiae, vitandis plurimis molestiis e medio tollatur certoque fine ad conservandam mutuam vicinitatem terminetur. Factura in hoc S.R. Vestra Maiestas rem utriusque parti iucundam ac debitum obsequiis promerendam. Datum ut in literis.

1) *Volfgangus Schutzbar.*

2) *Carolus V.*

3) *Tidemannus Giese.*

N. 2948.

E Regio Monte, 18.V.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori  
pro studio, in negotio liberationis marchionis Alberti, nepotis sui, adhibito,  
gratias agit; commissarios, cognoscendae invasioni in oppidum Wojniuta  
deputatos, ad dictum diem et locum a se missum iri nuntiat; consultum  
tamen sibi videri, ut ad futuras controversias consopiendas commissarii  
utrinque constituantur, qui universum limitum negotium dirimant; pro  
equo dono misso gratiarum actionem supervacaneam fuisse affirmat.*

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 367.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 400-402.

N. 2949.

E Regio Monte, 18.V.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Bernardo Pretwicz, capitaneo Barensi,*

*servitores suos, Christophorum Reiman (Reyman), culinae praefectum, et Petrum Gelhorn, ad emendos boves mittit et rogat, ut eis in hoc negotio conficiendo consilio et auxilio adsit et, si opus fuerit, pecunia provideat.*  
*(Schedula: de morte uxoris certiores eum reddit).*  
*(Germanice)*  
*(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1170).*  
*Ostpr. Fol., vol. 44, f. 383v-384.*

N. 2950.

E Regio Monte, 19.V.1547.

*Albertus dux in Prussia*  
*palatino Vilnensi [Ioanni Hlebowicz] et, mutatis mutandis, curiae magistro*  
*[Petro Zborowski]*  
*pro opera in causa vicecapitanei Tilsensis navata et pro consolatione ob mor*  
*tem uxoris sibi scripta gratias agit; rogat, ut apud regem instant, quo –*  
*controversia cum vicecapitaneo Tilsensi composita – reliqui etiam limites*  
*inspiciantur; de Tartaris victis gaudet.*  
*(Latine)*

Cfr. El. XXXVII, NN. 1001, 1006.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169 et Germ., K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 405-407 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 385v-386v).

N. 2951.

E Regio Monte, 19.V.1547.

*Albertus dux in Prussia*  
*Nicolao Radziwiłł, M.D.L. marscalco,*  
*rogat, ut limitum causam apud regem promoveat.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 407-408.

N. 2952.

E Regio Monte, 23.V.1547.

*Albertus dux in Prussia*  
*Henrico II regi Galliae*  
*de obitu regis Galliae [Francisci I] a Georgio de Rechenrath, servitore regio, se*  
*certiores factum esse nuntiat; Christophorum Albertum a Kunheim,*  
*cubicularium suum, mittit et rogat, ut ipsi suo nomine loquenti plenam*  
*fidem adhibeat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 410-411.

N. 2953.

E Regio Monte, 23.V.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Annae Montmorency, Galliae comestabili,  
per Christophorum Albertum a Kunheim eum salutat; ob mortem regis Galliae  
senioris [Francisci I] dolet; rogat, ut se regi Galliae iuniori [Henrico II]  
commendare velit.*

(*Schedula: de "dolendo casu" suo (scil. morte uxoris Dorotheae)).*

(*Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 408-410.*

N. 2954.

E Regio Monte, 4.VI.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori  
Ioannem Blum, civem Gedanensem, commendat.*

(*Latine*)

(*Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, f. 411.*

N. 2955.

E Regio Monte, 4.VI.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, M.D.L. marscalco,  
Ioannem Blum, civem Gedanensem, commendat.*

(*Latine*)

(*Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, f. 412.*

N. 2956.

E Regio Monte, 6.VI.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori  
de lignis excisis et a vecnis clementius responsum regium se exspectasse nun-  
tit; rogat, ut officialibus regiis iniungat, quo usque ad finalem limitum  
decisionem a locis nondum recognitis abstineant, et ut limites per utrius-  
que partis commissarios quam primum inspiciantur.*

(*Latine*)

*Cfr. El. XXX, N. 369.*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 413-415.*

N. 2957.

E Regio Monte, 6.V.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, M.D.L. marscalco,*

*rogat, ut negotium regundorum finium apud regem promoveat.*

(Latine)

(Adest conc. Lat. HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 415-416.

N. 2958.

E Regio Monte, 6.VI.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Radziwill*

*equo ei prius misso mortuo, alium mittere promittit.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 416.

N. 2959.

E Regio Monte, 6.VI.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Bernardo Pohibel*

*recentiores novitates de electore Saxoniae [Ioanne Friderico] captivo sibi  
deesse nuntiat, nova vero a mercatoribus allata incerta esse putat; si ali-  
quid certi et fide digni cognoverit, se id regi significaturum esse promittit;  
rogat, ut nova scribat.*

(Germanice)

Cfr. El. XLIV, N. 8.

(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 387-387v.

N. 2960.

E Regio Monte, 9.VI.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Dziergowski, palatino et vicesgerenti Ducatus Masoviae,*

*rogat, ut servitoribus suis, Christophoro Reiman, culinae praefecto, et Petro  
Gelhorn, in coemendis pro culinae suaे usu aliquot bobus auxilio sit.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 417.

N. 2961.

E Regio Monte, 13.VI.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Hlebowicz, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,  
litteras eius de restituendis profugis in Ducatu suo latitantibus se tandem  
accepisse nuntiat et ad singulos officiales suos ea de re scripsisse.*

(*Latine*)

(*Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169.*)

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 417-418.*

N. 2962.

E Regio Monte, 14.VI.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori  
de causa vicecapitanei Tilsensis et de universo finium controversorum negotio  
conficiendo.*

*Cfr. El. XXX, NN. 361, 378.*

(*Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169, et Germ., K. 1170.*)

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 419-424 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 387v-391).*

**Regi Poloniae Iuniori, XIIIII Iunii.**

Narrat, quam inique egerint commissarii in diiudicando negotio cum Vicecapitaneo Tilsensi et petit, ut, si secus edocta fuerit Sua R. Maiestas, fidem habeat, atque ut tandem tota controversia de finibus finiatur etc.

Serenissime Rex etc.

S. Regiae Vestrae Maiestati notum facio, me ad postulata Maiestatis Vestrae Regiae negotio praesumptae incursionis et captivati servitoris commissarios meos, nobiles ac praeclaros, fideliter mihi dilectos Andream Rippe etc. et Franciscum Thege, iuris utriusque doctorem, consiliarios meos, ad dictum diem et locum Gorsdi ablegasse ea spe, controversias illas ab utriusque partis commissariis diiudicatas iri. Id quominus factum quidve obstiterit, S. Regiam Vestram Maiestatem per eiusdem plenipotentes cognitum habere non dubito. Ne autem meorum commissariorum informatio S. Regiam Vestram Maiestatem lateret, necessario eidem significandam eam duxi. Unde autem totum id negotii sumpserit, aut utrius partis culpa admissum ac lacessum sit, fusius id in literis, XXVI Ianuarii praesentis anni datis ad informationem Capitanei mei Tilsensis (quo me etiamdum refero), S. Regiam Vestram Maiestatem subdite certificavi. Ex quibus totius negotii statum liquido cognoscet. Operae pretium autem ab initio fore arbitratus sum, quemadmodum et saepius a me petitum et adhuc subdite peto, si negotium terminandorum finium ad optatum finem deductum fuisset. Quo facto procul dubio haec et his similia gravamina, certificata limitum declaratione, cauta, ac sopitae utrimque, quae his in suspenso haerentibus excitantur controversiae, resque omnis ad conservationem mutuae vicinitatis vinculum<sup>2)</sup> redacta esset. Verum S. Regiae

Vestrae Maiestatis placitis et postulatis, cui me in omnibus, fieri possibilibus, parere obligatum agnosco, amice ac officiose in eo acquiescendum esse censui, ac meos commissarios, ut praelibatum, ad locum delicti, arbitratus eum esse, qui vulgo Gorsdi<sup>1)</sup> nuncuparetur, ablegavi.

Quo uti per ventum, cognoverunt locum Gorsdi non eum aut in iis finibus, quo se contulerant, sed in districtu Mamelensi esse et distare a loco admissi delicti ad miliaria XIII, ubi nullae circumstantiae, inquisitiones aut illatae iniuriae vera informatio haberi potuerat. Id si mihi antea cognitum fuisse, officiose S. Regiam Vestram Maiestatem petiisse (id quod eadem, si probe ea de re edocta foret, haud gravatim facturam fuisse confido), ut dignata fuisse, respectu aequitatis, commissarios ad eum locum, in quo facta est iniuria, diiudicationi ordinare. Postquam autem, ut dictum, commissarii mei locum Gorsdi in districtu Mamelensi esse accepissent, per literas id S. Regiae Vestrae Maiestatis commissariis significarunt, addita amica flagitatione, ne gravarentur se eo recipere, ubi totius negotii circumstantiae utrumque investigari faciliusque inde ac maiori cum fruge iudicium et cognitione haberi posset. Verum S. Regiae Vestrae Maiestatis commissarii id recusarunt, locum se S. Regiae Vestrae Maiestatis literis indicatum habere, quo comparere vellent, respondentes. Etsi autem meis plenipotentibus ex eo loco discedere et in praescriptum migrare adductis de causis molestum et grave visum fuerit, tamen ut S. Regiae Vestrae Maiestatis postulationi satisfacerent, ad commissarios eiusdem se contulerunt ea spe, quicquid esset controversiae, mutuis auxiliis utrumque, prout aequitas id postulat, terminatum iri. Auditis in hoc utriusque partis probationibus, exceptionibus, testibus, seu quae praeterea huic caussae utilia aut conductentia viderentur iuribusque conformia essent, ac hoc facto utrique parti secundum cuiusque delictum iustitia administraretur. Sed quam prius res agi cepta, actioneque intentata ad instantiam actoris testes audiri petitum, libereque id concessum fuit. Reus vero accusationem actoris reprobans remque alteri se habere affirmans, audi et se suasque probationes petiit. Verum id a S. Regiae Vestrae Maiestatis commissariis, qui se illud in mandatis et plenipotentiis sua non habere, pugnare etiam cum eorum iuribus et consuetudinibus prae tenderant, obtineri aut impetrari non potuit, omnino habere volentibus, ut ad solius actoris intentionem productosque ab eo testes sententia diceretur, dictae executio fieret.

Quibus postulationibus tanquam inquis, repugnantibus tam divinis et naturalibus legibus, quam scriptis etiam iuribus, ut ad unius partis accusationem, reiecta alterius auditentia, probationibus, testibus et defensionibus, procedatur, commissarii mei citra meam praescientiam acquiescere et consentire recusarunt. Etsi autem a S. Regiae Vestrae Maiestatis commissariis Lithuaniae consuetudines adductae fuerint, tamen S. Regia Vestra Maiestas facile perspicit, cum hic casus in loco sequestrato acciderit, meique subditi a S. Regiae Vestrae Maiestatis hominibus in ius vocati sint, cum omnino aequum sit eum, qui delinquisse putetur, in eo loco et foro, ubi possessionatus est, aut cuius iurisdictioni subiaceat, accusandum et secundum iura, legibus scriptis conformia et in eo loco usitata, puniendum esse, quo iure id a S. Regiae Maiestatis partibus quaesitum reoque auditentia, testium productio et legitima defensio negata ac ad sententiam ferendam properatum sit, ut magis verum appareat S. Regiae Vestrae Maiestatis subditum, qui se Turcum appellat, reliquosque eos esse, qui violentam incursionem in sequestrum admiserint, miseros subditos exactionibus onerarint et, quemadmodum antea S. Regiae Vestrae Maiestati per literas a me indi-

catum, moleste gravarint, ut mei iustiorem querendi occasionem habere et prae Turco vices actoris (si modo res tota aequis consideretur oculis) agere possint. Cum in eo casu nihil aliud ab officiali meo Tilsensi quae sit, quam ut miseros colonos et subditos, in sequestro existentes, ab ista violencia et iniuria defensos voluerit.

Cum itaque S. Regiae Vestrae Maiestatis commissarii se a proposito dimoveri non passi essent, verum in eo perstisset, ut ad actoris intentata diceretur sententia, interim informatione, probationibus contrariais aliquis necessariis defensionibus accusati omnino posthabitum et admitti negatis, commissarii mei, non audita altera parte, reum pronuntiare et sententiam ferre recusarunt, ac fastiditis quibuscumque conditionibus et mediis terminationi huius negotii utilibus a se propositis, facta sufficienti protestatione, se, quod sine fruge actio dissolveretur, in culpa non esse, ad me redire coacti sunt. Quoniam autem certo mihi persuadeo ac indubitate sum spei S. Regiam Vestram Maiestatem, Dominum meum clementissimum et consanguineum charissimum, ea erga me affectam esse gratia regiaque virtute et indole praeditam, ut ne in minimis quicquam, quod praeiudicio aut detimento subditis meis esse possit, a suis attentari velit, sed multo magis eius esse animi, ut quod iure et aequitate mihi meisque competit, tenore perpetui foederis et contractuum, iuramento et sigillis firmatorum ac [a] S. Regia Vestra Maiestate clementer innovatorum, pacifice fruamur, subditissime eandem oro, si contigerit S. Regiam Vestram Maiestatem ab altera parte aut adversariis meis aliter de hoc negotio edoceri, ne eis fidem habere dignetur, aut hanc meorum commissariorum veram informationem illis posthabeat meque regio, quo hactenus consuevit, favore et clementia prosequatur.

Ne autem S. Regiam Vestram Maiestatem, gravioribus Reipublicae negotiis occupatissimam, istis aut eius generis controversiis porro molestari opus sit, ac ut mutua inter officiales et subditos amicitia, pax ac vicinitas salva conservetur, et quid cui debeatur constet, nihil prius aut commodius esse video, quam si negotium de finibus terminetur et ad optatum finem perducatur, ac quicquid limitatum verumque conclusum fuerit, rigore contractuum et utriusque partis plenipotentia confirmetur et ratificetur. Id quod iterum atque iterum quo citius eo melius maturari S. Regiam Vestram Maiestatem oro. Ne autem interea temporis eiusmodi incursiones et controversiae in posterum excitentur, dignetur S. Regia Vestra Maiestas suis serio mandare, quemadmodum et meis me imperaturum recipio, ne miseri subditi, qui loca et fines indecos adhuc incolunt, exactionibus et minis graventur, sed eis tantisper, donec absoluta limitum terminatio fiat, parcatur. Publice enim audiuntur miserorum subditorum querelae, quod S. Regiae Vestrae Maiestatis officiales et telonarii illis abductionem cum rebus omnibus ac perniciem minentur, cum tamen certus mihi sim talia S. Regiae Vestrae Maiestatis mandato et iussu non fieri, imo eidem summopere displicere. Factura procul dubio S. Regia Vestra Maiestas, praeterquam quod id necessitas et aequi ratio postulat, rem christiano Rege dignam summeque depredicandam, mihi vero subditis meis studiis ac amicis obsequiis quovis tempore demerendam. Christus Optimus Maximus S. Regiam Vestram Maiestatem diutissime servet incolumem. Datae Regio Monte.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii  
Andreas Montzer.

1) Gorzy.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo I regi Poloniae*

*nuntiat ab amicis sibi relatum esse de imperatore magistrum Ordinis Theutonico rum in Prussiae terras introducere conante et de periculo inde immi nente; rogat; ut rex ea in re pro regia prudentia agat.*

*(Adest conc. Lat. HBA, B, K. 1169).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 424-426.*

Regi Poloniae Seniori, mutatis mutandis Regi Iuniori, XVII Iunii.  
Scribit periculum imminere Prussiae a Teutonico Magistro<sup>1)</sup> ac petit,  
ut pro regia sua prudentia in ea re agat.

Serenissime Rex etc.

S.R.V. Maiestatem subdite celare non possum me per fautores ac amicos meos compertum habere, Imperatorialem Maiestatem<sup>2)</sup> omnino statuisse de introducing Ordinis Teutonicorum Magistro in Prussiae terras, eique iam de numero equitum et peditum exercitu ad aliquot menses pollicitationem fecisse, meque nonnisi sincere de rebus meis curae habendis admoneri. Cum autem negotium de me et Ducatu meo agens per S.R.V. Maiestatem ab Imperatoria Maiestate in compromesso esse obtentum sit, sed non meum tantum Ducatum, verum etiam alteram Prussiae partem (cum in veteribus actis utramque ab Ordine Teutonicorum possessam ac pro sua reputatam nec divisam fuisse inveniam) ab Ordinis Magistro iam postulari certum sit, arbitratus fuisse tale quiddam ab Imperatoria Maiestate non tentatum iri. Etsi autem huic rei non plenam omnino fidem adhibeam, nec tamen securus plane inveniri velim, praesertim eo nomine, cum id vulgaris rumor ferat et per consanguineos meos concreditum mihi sit, duxi mei officii esse, nec salva fide praeterire posse, quin id S.R.V. Maiestati, cuius res inclytæque Coronæ Poloniae in eo aequæ ac mea meorumque subditorum agitur, significarem, certa spe adductus S.R.V. Maiestatem inclitamque Poloniae Coronam totum id negotii diligenter animo reputaram ac de illis mediis (quemadmodum pro divinitus ei largita prudentia et industria facere novit) apud S. Caesaream R. Maiestatem aliosque actu ram, ne quid Imperatoria eius Maiestas, promissioni suae approbatae contradicens et adversans, attentet aut attentari patiatur. Nihilominus tamen dignetur S.R.V. Maiestas, si contigerit malum illud (quod Deus clementer avertat) in effectum produci, in id ad crebras de protectione promissiones mihi factas incumbere, ut in iis locis, ubi subitum et inopinatum aliquod periculum timendum foret, talis defensio ordinetur, qua violenta impugnatio viribus satis paratis repelli et arceri possit, egoque et regia terrarum Prussiae pars pacifice et quiete vivere possimus.

Ad quam rem conficiendam ego, tanquam vasallus Princeps, non parcens fortunæ aut vitae bonis, in me nihil desideratum iri patiar.<sup>a)</sup> Timendum enim erit<sup>b)</sup>, si contigerit terras Prussiae, ubi in regiam partem pri mum fieri impetus necesse erit, impugnari et occupari, reliquas Coronæ Poloniae incorporatas provintias, ut Ducatum Mazoviae et alia, a Romano Imperio postulata iri nec meliore sorte fructura. Deum autem Optimum Maximum indesinenter precibus meis fatigo, dignetur pro divina sua misericordia id genus imminentia pericula conservationi tranquillitatis clemen-

ter avertere. Rogoque S.R.V. Maiestatem, quam divinae protectioni commendabo, ut me clementi responso prosequatur. Id erga eandem subditis meis obsequiis quovis tempore promerebor. Datum Regio Monte.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii  
And[reas] Montzer.

a)-b) *in margine.*

- 1) *Wolfgangus Schutzbar.*
- 2) *Carolus V.*

N. 2964.

*E Regio Monte, 17.VI.1547.*

*Albertus dux in Prussia*

*Caspari Kaczkowski, rothmagistro,  
imperatore Ordinem Theutonicorum in Prussiam introducere conante, postulat,  
ut, quemadmodum inter eos convenit, clam de conducendis equitibus  
agere et cogitare velit.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 426-427.

N. 2965.

*E Regio Monte, 17.VI.1547.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Tarnowski et, mutatis mutandis, Petro Kmita et Andreea a Górką  
ex Germania sibi significatum esse nuntiat de imperatore magistrum Ordinis  
Theutonicorum in utrasque Prussiae terras introducere cogitante et numerousum exercitum ei pollicente.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, NN. 1009, 1010.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 427-428.

N. 2966.

*E Regio Monte, 18.VI.1547.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori  
pro Bernardo Jeckel, cive Regiomontano, ratione aliquot lastarum salis cum  
Francisco Guberstein, cive Caunensi, causam habente, intercedit.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 428-429.

N. 2967.

E Regio Monte, 18.VI.1547.

*Albertus dux in Prussia.*

*Stanislaus Kiežgajło*

*pro subdito suo Pancratio Rudiger, apud eum (Stanislaum Kiežgajło) munere dispensatoris fungente, intercedit et rogat, ut ipsum liberum dimittat ("eam praecipue ob causam, quod cognovimus eum sponsalia contraxisse et pium illud opus absolvere statuisse").*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 429-430.

N. 2968.

E Regio Monte, 21.VI.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Lutomirski, succamerario Siradiensi, curiae regiae thesaurario,*

*Ioannem Kretzmer, subditum suum, commendat, qui a debitore suo Floriano Cromer, cive Vilnensi, debitam sibi pecuniam nullo modo extorquere potest.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 430-431.

N. 2969.

E Regio Monte, 22.VI.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*episcopo Samogitia Venceslao Wierzbicki]*

*nuntiat se capitaneo suo Cleipodiensi (Memelensi) iniunxisse, ut de profugo eius rustico, in districtu Cleipodiensi latitante, citra dilationem iustitiam ipsi administraret.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 1007.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 431-432.

N. 2970.

E Regio Monte, 1.VII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Bernardo Pohibel*

*residuam pecuniam (24 aureos) horologiorum magistro Vilnae adhuc debitam et 4 aureos hungaricales ad inaurandum horologium Fabiano Czema se tradidisse nuntiat et rogat, ut talem pecuniam ab ipso repetat.*

(Germanice)

Cfr. El. XLIV, N. 13.

(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 44, f. 392v.

N. 2971.

E Regio Monte, 6.VII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori*

*pro Iacobo Hedeman, Thoma Ranisch et Ioanne Streckfuss, civibus Regioni-  
montanis, iterum intercedit et rogat, ut eis ligna et cineres, in Magno  
Ducatu arrestatos, libere educere liceat.*

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 385.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 543, ff. 432-433.

N. 2972.

E Regio Monte, 6.VII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, M.D.L. marscalco,*

*negotium civium Regionomontanorum (cfr. N. praec.) de arrestatis in Magno  
Ducatu lignis et cineribus libere educendis commendat.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 1015.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 433-434.

N. 2973.

E Regio Monte, 6.VII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,*

*causam Iacobi Heydemann (vel Hedeman, Hedman), Thomae Ranisch et  
Ioannis Streckfuss, civium Regionomontanorum, commendat.*

(Germanice)

(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 393-393v.

N. 2974.

E Regio Monte, 12.VII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*palatino Plocensi [Felici Srzeński]*

*causam nobilis cuiusdam [Stanislai Kruszewski], a capitaneo Neidenburgensi  
in captivitate detenti, aliter sibi expositam esse nuntiat, quam ipse per lit-  
teras 4.VII. datas sibi rettulerit, et eum, prout homicidii adiutorem, non  
immerito in carcerem coniectum asserit.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 1037.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. fol., vol. 53, ff. 434-435.

N. 2975.

E Regio Monte, 14.VII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo I regi Poloniae et, mutatis mutandis, episcopo Cracoviensi [Sa-  
mueli Maciejowski], palatino Cracoviensi [Petro Kmita] et Ioanni Tarnowski,  
castellano Cracoviensi*

*Ioannem Rauterum, consiliarium suum, mittit et rogat, ut ei nomine suo  
quaedam referenti plenam fidem adhibeat.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 436.

N. 2976.

E Regio Monte, 14.VII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori*

*rogat, ut non solum de Achatio Czema ad Comitia Imperii mittendo apud  
regem patrem instet, sed et ipse vel per legatum vel per litteras pro electore  
Saxoniae captivo apud imperatorem operam interponat.*

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 437-438.

Regi Poloniae Iuniori, XlIIII Iulii.

Petit, ut non tantum de mittendo Achatio Czema ad Comitia apud  
patrem instet, sed ut ipse quoque intercedat, ad Caesarem<sup>1)</sup> nuntium  
mittat et de Electore<sup>2)</sup> capto oret etc.

Serenissime Rex etc.

Cum Imperatoria Maiestas de indicendis brevi Sacri Romani Imperii  
Comitiis statuerit, arduaque negotia se offerant, quibus bene consulendis  
S. Regiam Maiestatem Seniorem, Dominum et avunculum meum clemen-  
tissimum, sollicitandam esse necessarium existimavi. Qua de re legatum

meum ad S. Regiam Maiestatem Suam misi, cui, ut de odiosa proscriptione per S. Regiae Suae Maiestatis intercessionem apud Caesaream Maiestatem tollenda, necnon inter reliqua ad dicta Imperii Comitia de Magnifico et Generoso Achatio Zcema, Palatino Marienburgensi etc., ablegando submoneat ac petat, iniunxi, quemadmodum ex adiuncta eius negotii copia id S. Regia Vestra Maiestas liquido cognoscet. Quare summopere S. Regiam Vestram Maiestatem rogatam facio, dignetur non tantum de mittendo Achatio Zcema apud parentem eiusdem colendissimum instare, verum etiam ut tam S. Regiae Vestrae Maiestatis, quam parentis eiusdem pientissimi nomine, negotium omne apud Imperatoriam Maiestatem oreatur ac proponatur. Inter omnia autem et praecipue S. Regiam Vestram Maiestatem subdite peto, dignetur etiam apud S. Imperatoriam Maiestatem aut per legatum S. Regiae Vestrae Maiestatis parentis honorandissimi, aut proprium quendam nuntium, literis S. Regiae Vestrae Maiestatis creditivis ad Caesaream Maiestatem ablegatum, pro Electore Saxoniae captivato intercedere. Quam legationem mandatis paternis adiunctam valde frugiferam futuram arbitror.

Praeterea id quoque S. Regiae Vestrae Maiestatis nomine petitioni in hunc fere modum inserendum esse non incommode fore iudico. Etsi S. Regia Vestra Maiestas vixdum habenas regnandi attigerit, sitque adhuc aetate juvenili praedita, daturam tamen operam, ut vestigiis paternis inniti seque erga Imperatoriam Maiestatem omni benevolentia ac amicitia patri conformem exhibere, ne quicquam, quoad rationes eius patientur, in se desiderari posse videatur. Subiungeretur in hoc, quoniam ea petitio prima esset, quae nomine S. Regiae Vestrae Maiestatis ad S. Imperatoriam Maiestatem eius fieret, dignaretur eidem clementer locum dare. Hac re S. Regia Vestra Maiestas inclytam Ducum Saxoniae familiam procul dubio sibi devinctissimam reddet, egoque debitis meis obsequiis id erga S. Regiam Vestram Maiestatem, quam Omnipotens diu servet incolumem, quovis tempore promereri studebo. Datum Regio Monte.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii.  
Idem audivit legere.

1) *Carolus V.*

2) *Ioannes Fridericus, elector Saxoniae.*

N. 2977.

*E Regio Monte, [14.VII.1547].*

*Albertus dux in Prussia  
Bonae reginae Polaniae  
Ioannem Rauterum, consiliarium suum, commendat.*

*(Latine)*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 436-437.*

N. 2978.

E Regio Monte, 14.VII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, M.D.L. marscalco,*

*pro opera in negotio terminandorum limitum apud regem praestita gratias agit; Fabianum Czema et Stanislaum Myszkowski, ab eo commendatos, sibi commendatissimos fore nuntiat; equum, tanto cum pudore ab eo peti- tum, se ei libenter missurum esse significat.*

(*Latine*)

(*Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169.*)

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 439-440.*

N. 2979.

E Regio Monte, 14.VII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Bernardo Pohibel*

*significat sibi iucundum fuisse nuntium de Gabrielis Tarlo proximo Vilnam reditu et regis iunioris ad imperatorem cogitato itinere; certior fieri cupit, quando Comitia (landtag) Cracoviae celerabuntur, et an rex iunior eis interfuturus sit; de mittendo horologio eum admonet et nova scribi iubet.*

(*Germanice*)

(*Cfr. El. XLIV, N. 10.*)

(*Adest conc. Germ., K. 1170.*)

*Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 393v-394v.*

N. 2980.

E Regio Monte, 15.VII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Tęczyński*

*pro auxilio servitoribus suis in coemendis bobus exhibito gratias agit; bovem apud eum relictum a servitoribus suis postulatum iri sperat.*

(*Latine*)

(*Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169.*)

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 440-441.*

N. 2981.

E Regio Monte, 16.VII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori*

*rogat, ut negotium vicecapitanei Tilsensis, de violentia in oppido Wojniuta facta accusati, et tota inde orta controversia ad finalem limitum decisio-*

*nem reiciatur; de impendentium periculorum cautione, apud regem seniorem et episcopum Cracoviensem facta, gratias agit.*

(Latine)

Cfr. El. XXX, NN. 374, 378.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 441-442.

N. 2982.

E Regio Monte, 18.VII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Sieniawski, palatino Belsensi,*

*orat, ut auctoritatem suam apud nuntios terrarum et reliquos Regni status interponat, ne privilegium suum cudendi monetam, non a Regno Poloniae sibi datum, sed secum allatum, violetur vel labefactetur, et ut interdictum in re monetaria a rege editum retractetur.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 443-444.

N. 2983.

E Regio Monte, 31.VII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Bonae reginae Poloniae*

*pro litteris, per palatinum Siradiensem [Stanislaum Łaski] sibi oblatis, et animo favoris pleno per eundem sibi relato, gratias agit; omnia fausta a Deo ei precatur.*

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 383.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 444-445.

N. 2984.

E Regio Monte, 31.VII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Tęczyński*

*Franciscum Schier ad eum mittit, ut boves inspiciat et, si aequo pretio de emptione cum eo convenerit, eos pro usu culinae suaee coemat.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1169).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 445-446.

N. 2985.

E Regio Monte, 2.VIII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori  
nobilem adolescentem Stanislaum Wodziński, "capiendi ingenii cultus" litterarumque discendarum causa in Academiam Regiomontanam missum, a rege sibi commendatum, omni benevolentia prosequi promittit; de Stanislai Łaski, palatini Siradiensis, oratoris ad imperatorem nominati, ad se adventu eum certiorem reddit; sperat palatinum Marienburgensem [Achatium Czema] ipsi collegam adiunctum iri; rogat, ut Pruthenicum negotium promovere et captivi electoris [Ioannis Friderici] rationem habere velit.*

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 373.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 452-454.

N. 2986.

E Regio Monte, 2.VIII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori  
binas litteras ad regem, a Stanislao Łaski, cum apud se esset, relictas, mittit  
et sperat regem ad utrasque responsorum esse.*

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 389.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 455.

N. 2987.

E Regio Monte, 2.VIII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski]  
exponit rationes, ob quas rex iunior ad imperatorem hoc tempore ire non  
debeat, sed legatos potius mittere; commendat causam suam cudendi  
monetam.*

(*Schedula: de cubiculario regio ad Albertum iuniorem et Ioannem, marchiones Brandenburgenses, mittendo.*)

Cfr. El. XXXVII, NN. 1014, 1019.

(Adest conc. Lat. et Germ., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 446-452. (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 394v-398).

Episcopo Cracoviensi, 2 Augusti.

Scribit sibi non consultum videri certis de causis, quae exponuntur, ut Rex Iunior hoc tempore ad Caesarem<sup>1)</sup> eat, sed legatos mittat, quibus tam de reconciliandis Principibus, quam Prussia metu liberanda agat cum eo. Item et suam autoritatem interponat, quo pro ratione privilegii cudere sibi monetam liceat. Regium sibi legatum significasse id a Rege moleste admodum ferri. Postremo sibi quoque placere consilium de praemittendo aliquo cubiculario regio ad Marchionem etc.

Reverende in Christo Pater, Amice ac Frater nobis percharge.

Etsi nihil R.V. Paternitati propter adventum legati regii ante harum literarum obsignationem rescribendum putavimus, committere tamen non potuimus, quin ad benevolas et sinceras R.V. Paternitatis literas, tum quod negotii illius, de quo ad nos scribere dignata est, necessitas, quae nullam moram admittit, postulare videbatur, haec R.V. Paternitati responsi loco mitteremus. Quoniam autem tam ex R.V. Paternitatis literis, quam Nobilis et Generosi fideliter nobis dilecti Ioannis Rauteri, consiliarii nostri, relatione abunde cognovimus, quo studio et diligentia in promovenda caussa nostra R.V. Paternitas laborarit, summas R.V. Paternitati pro amica illa et syncera animi erga nos affectione agimus gratias, nihil unquam commissuri, si qua in re vicissim R.V. Paternitati gratificari poterimus, quin id fiat ex animo et sedulo. Ac legato regio, quantum pro tenuitate ingenii nostri potuimus, quaelibet de animi nostri sententia communicavimus. Quod vero R.V. Paternitas secum expendit, plurimis quidem de causis, an non praestaret, ut ipsa Maiestas Regia Iunior, Dominus et consobrinus noster clementissimus, in aliquo loco<sup>3)</sup> Regno Poloniae finitimo S.Ro. Imperatoriam Maiestatem conveniret ibidemque de reducendis in gratiam Principibus, quibus Caesarea Maiestas offensa esset, tractaret, ac obiter de pacandis Prussiae terris inter reliqua subneceteret, quem congressum R.V. Paternitas non infrugiferum fore iudicat, hisque omnibus promovendis R.V. Paternitas operam et studium suum pollicetur. Est sane haec deliberatio tanquam non vulgaris plurimi facienda summeque probanda, nec parum ad perpetuam inter finitima Regna et provintias tranquillitatem conservandam momenti adferret essetque ad plurima alia conducibilis.

Verum hoc considerandum putamus. Cum Imperatoria Maiestas a finibus horum Regnum in Germaniam longius iam abscesserit, molestum fore S.R. Maiestati tantum itineris conficiendi subire. Imo vix consultum videretur eam hisce periculosis temporibus e Regno suo ad loca tam longe distantia, ubi bellorum tumultus adhuc fuman necdum sopiti sunt, profectionem suspicere. Et licet nihil periculi (quod tamen rebus eo in statu positis dubitabile) inde timendum foret, metuendum tamen esset, priusquam id negotii apud Electorem Brandenburgensem<sup>2)</sup> et Dominos Duces Pomeraniae<sup>3)</sup> in effectum produceremus, ut prius ad manus R.V. Paternitatis perveniret et porro S.R. Maiestati cognoscendum daretur. Deinde antequam S.R. Maiestas se itineri accingeret aut praepararet, locumque debitum pertingeret, quod angusto tempore fieri non potest, ne finitis etiabant Regni Comitiis (quae, ut ad nos perlatum est, iam promulgata dicuntur) negotioque omni certis et vix tolerabilibus mediis transacto, Sacra Imperatoria Maiestas longioribus spatiis illinc discesserit. Cuius negotii tractatio si tali mora protraheretur, existimamus nostro iudicio S.R. Maiestatem Electori Saxoniae<sup>4)</sup> caeterisque Principibus suscepta gravi illa profectione parum profuturam aut sibi laudis parituram. Quare non consultum putamus id negotii hisce temporibus istis mediis promovendum esse, quemadmodum

et R.V. Paternitatem in eam sententiam cum servitore nostro conclusisse cognovimus. Si vero congressus et amicabilis interlocutio cum Caesarea et Regia Maiestatibus ante Imperatoriae eius Maiestatis a finibus Regni Poloniae discessum suscepta fuisset, multis quidem et iisdem gravibus de causis id non dissuasissemus, praesertim cum plurimum prodesse potuisset. Id vero tenui nostro arbitratu non inconsultum iudicamus, quandoquidem inter Sacram Regiam Romanorum Maiestatem<sup>5)</sup> et eiusdem subditos inclytiae Coronae Bohemiae non levis discordia excitata est, unde maius tanquam ex parva scintilla incendium, nisi ei malo mediante auxilio divino praeveniretur, oriri posset, ut S.R. Maiestas Iunior se erga Imperatoriam et Regiam Romanorum Maiestates per nuntios regios omni benevolentia paratam exhiberet ac mediatorem amicabilis transactionis et compositionis offerret, salvo tamen R.V. Paternitatis in hoc excellenti iudicio. Nostra autem opinione id negotii ea ratione, quemadmodum R.V. Paternitas consulit, ante discessum Imperatoriae Maiestatis et finem Comitiorum vix in effectum produci poterit. Quae Regni Comitia ab Imperatoria Maiestate eo nomine sunt indicta, ut Caesarea eius Maiestas omnino decreverit pacem, tranquillitatem, iustitiam et bonam politiam in Sacro Romano Imperio constituere, ordinare ac confirmare. Ad quae negotium Prutenicum (tanquam a Camara Imperiali<sup>b)</sup> non iusto ordine et decreto nobis adiudicatum<sup>c)</sup> spectat. Nihilominus tamen illis annumeratur ac tractandum venit. Nec dubitari potest, quin Magister Ordinis Teutonicorum<sup>d)</sup> sedulam sit daturus sollicitando operam, ut praesumptam suam vindicationem in effectum urgeat, ubi timendum, ne Sacra Caesarea Maiestas, quemadmodum constituit et promisit, ipsa executionem faciat aut aliis Maiestatis Suae nomine exequendam imponat ac mandet. Quare eo in negotio omnem cunctionem fugiendam iudicamus.

Quod si negligendum foret, R.V. Paternitas pro excellenti sua prudenter facile conicere poterit, quantum inde detrimenti et periculi non tam Ducatu Prussiae, quam S.R. Maiestati et inclytiae Coronae Poloniae emanare possit. Quare non consultum tantum, sed operae pretium et sane necessarium censemus, ut S.R. Maiestas proprio suo motu<sup>d)</sup> per legatum, finita priori de reducendis in gratiam Principibus, Regni sui et terrarum Prussiae, tanquam caussae propriae, quemadmodum et revera est, quod et antea semper a S.R. Sua Maietate factitatum, curam suscipiat et meliore forma earum mentionem facere, ut de quarum etiam defensione<sup>e)</sup> cogitaret, mandet. Sperantes id negotii aliquando ad certum finem perductum iri Sacramque R. Maiestatem et nos pacifice (quod Deum precamur) victuros. Quicquid porro R.V. Paternitas, quod utrisque terris et populis paci, tranquillitat, incremento et commodo cedat, ut ea res ad ratum et firmum finem transigatur, fideliter consulere poterit, in eo ad crebras promissiones et pro caussae etiam gravitate de R.V. Paternitate nihil desideratum iri confidimus. Quae porro, habita cum legato regio interlocutione<sup>f)</sup>, huic negotio conducibilia nobis in mentem venerint, eorum nihil R.V. Paternitati celatum iri confidimus, amice ac fraterne iterum petentes, dignetur R.V. Paternitas negotium S.R. Maiestatis ac inclyti Regni sibi commendatum habere.

Retulit praeterea nobis legatus regius, quanquam secretius, S.R. Maiestatem graviter ferre, quod prohibitioni de non cudenda moneta non pareremus. Id quod nobis sane acerbum accidit, quantumque contra pactiones et privilegia nostra fiat, abunde postulante sic necessitate nostra, legato respondimus. Sperantes S.R. Maiestatem perspecturam, quid nobis in eo

iuris competit, nec inde dignitatem regiam vel laedi vel affici, aut quicquam nos in eo utilitati Reipublicae detractum velle aut posse, nec quo pacto id ulli paeiducio aut detimento esse possit, pro ingenii nostri tenuitate accepimus. Quare R.V. Paternitatem amice ac fraterne petimus, dignetur authoritatem suam interponere, ne nos eius negotii nomine amplius molestari opus sit, aut monetae nostrae usus in Regno Poloniae interdicatur. Nos id erga R.V. Paternitatem amicis ac fraternalis nostris studiis quovis tempore promereri conabimur. Quae omnia R.V. Paternitati, cui amica nostra officia oblata cupimus, sincere concredita et responsi loco rescribenda duximus. Quam diu salvam et foelicem valere percupimus. Datae Regio Monte, ut supra.

### Cedula

Significavit nobis praeterea inter reliqua Nobilis, fideliter nobis dilectus Ioannes Rauterus, consiliarius noster, quoniam credible esset Imperii Comitia non in longum protracta iri, sed citissime finem suum sortitura, R.V. Paternitatem prudenter cum Reverendo et doctissimo, sincere nobis dilecto Domino Stanislao Hosio etc., et praedicto servitore nostro Ioanne Rautero pro consulto iudicasse, ut cubicularius aliquis regius ocissime ad Electorem Brandenburgensem, Marchionem item Albertum et Ioannem, fratres et nepotes, cum literis mitteretur, qui peterentur, si contingaret Ordinis Theutonicorum Magistrum ante adventum regii legati aliquid adversus terras Prussiae apud Caesaream Maiestatem moliri et attentare, dignarentur hoc pro virili fideliter cavere et avertere ac ut id negotii tantisper, donec praedictus legatus praesto sit, suspenderetur. Quod et nobis necessarium et sapienter a R.V. Paternitate, pro quo debitas eidem agimus gratias, excogitatum videtur, nec dubitamus, quin in effectum iam sit productum. Datum ut in literis.

- a) *supra lineam.*
- b)-c) *in margine.*
- d) *sequitur expunctum: propria*
- e) *correctum ex: defensionem*
- f) *in ms.interlocione*
- 1) *Carolus V.*
- 2) *Ioachimus II.*
- 3) *Barnim IX et Philippus I.*
- 4) *Ioannes Fridericus.*
- 5) *Ferdinandus I.*
- 6) *Wolfgangus Schutzbar.*

N. 2988.

E Regio Monte, 2.VIII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, M.D.L. marscalco,*

*Stanislaum Wodziński, nobilem adolescentem, ab eo sibi commendatum, ut servitorum suorum numero adscisceretur et bonis litteris in Academia Regiomontana incumberet, se libenter suscepturum esse pollicetur.*

*(Latine)*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 454-455.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, R.P. exercituum capitaneo,  
de afflito statu Reipublicae Christianae dolet et miratur salutaria eius consilia  
a nonnullis parvifieri; de Stanislae Łaski legato ad imperatorem nomi-  
nato gaudet, cui tamen Achatium Czema adiungendum esse putat; pro  
auxilio in terris Prussiae defendendis promisso gratias agit.*

*Cfr. El. XXXVII, N. 1010.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 456-458.*

Domino Ioanni Comiti a Tharnov, Castellano Cracoviensi, 2 Augusti.  
Dolet, quod eius consilia parvi fiant. Petit, ut perget monere et pericula impendentia, quantum fieri potest, avertere, et suadet, ut Achatius Czema Palatino Siradiensi adiungatur. Gratias ei agit pro suis missis.

*Illustris etc.*

Quantum Illustritas Vestra vigilantiam et sollicitudinem nostram de terris Prussiae approbet, quantaque prudentia et ingenii dexteritate imminentia pericula praevideat, ex literis Illustritatis Vestrae abunde cognovimus. Grataque nobis et admiratu digna ea fuere omnia, non tam quod sua industria in longum et quid factu opus sit prospiciat, sed itidem Reipublicae sedulam curam, ut cui pro viribus et ex animo bene consultum velit, in se recipiat. Ac dolendum sane est, quod in ista mundi corruptione eo perventum sit, ut quibus afflictum Reipublicae statum iuvare cordi esse deberet, pro bonis pessima consulant satisque affectam cladibus Christianam Rempublicam pessum ire ac dubiis iactari procellis patientur, ut non immerito, verum prudenter et cum maximo animi dolore eius interitum Illustritatem Vestram deplorem intelligamus, ut cuius monitiones et salutaria consilia apud nonnullos tam parvi fiant, ut sua instigatione et hortatu nihil efficere possit. Ac commiserandum, quemadmodum Illustritas Vestra asserit, eum esse Reipublicae statum, ut omnis plane cura de tranquillitate diutina sit abiecta, vivaturque nihilosecius quam in alta pace, cum securitas talis, ut plurimum fuerit detrimentosa multorum exemplis, ut vereatur) Illustritas Vestra, ne sero olim Phrygum more, labente iam Republica, sapere videantur. Tritum est illud: foelix, quem faciunt aliena pericula caustum. Quod non in tali Republica, quemadmodum Illustritas Vestra innuit, plane negligi advertimus. At cum veterum testimonio non obscurum sit, si quando Reipublicae calamitas imminere videretur, praecessisse eiusmodi signa et iudicia arbitramur, quoniام Illustritatis Vestrae et aliorum bene de Republica meritorum monitiones frustaneae sunt, id negotii Deo committendum esse, ut is pro divina misericordia conatus et consilia regat ac gubernet. Nihilominus autem petimus, dignetur Illustritas Vestra pro veteri suo erga Rempublicam studio, uti minime dubitamus, monere et pro virili impendentia harum terrarum ac inclytae Coronae Poloniae pericula et gravamina avertere.

Ac gratum nobis fuit Magnificum et Generosum Stanislaum a Lassko, Palatinum Syradiensem, legationi ad S. Caesaream Maiestatem<sup>1)</sup> deputatum, Deum Optimum Maximum precantes, ut pro voto et commodo Reipu-

blicae succedant omnia. Cui Magnificum et Generosum Achatium a Zcema, Palatinum Marienburgensem, adiunctum iri non inconsultum putavimus eo nomine, ut si contingeret alterum (quod absit) adversa corripi valetudine, ab altero nihilominus negotia sedulo promoverentur<sup>b)</sup>. Tamen id S.R. Maiestatis iudicio et arbitratui reliquimus. Postremo quod Illustritas Vestra auxilium, studium et operam, si contingeret (quod Deus avertat) terras Prussiae impugnari, nobis promittit, meritas eidem agimus gratias, nihil inde aliud quam amicam et fraternalm affectionem colligentes. Daturi operam, ut Illustritas Vestra nihil de veteri nostro erga eandem amore et studio vicissim desiderare videatur. His Illustritatem Vestram, cui haec responsi loco rescribenda duximus, protectioni divinae committimus.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii.

- a) *correctum ex: vereantur*
- b) *pro expuncto: promoveantur suprascriptum.*
- 1) *Carolus V.*

N. 2990.

E Regio Monte, 2.VIII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Petro Kmita, palatino Cracoviensi, R.P. marscalco,  
pro diligentia in negotio Pruthenico ab eo adhibita ("ut si quae impendere  
terris Prussiae pericula adverteret, illis tempestiva cura praevenire-  
tur") gratias agit.*

*(Latine)*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 458-459.*

N. 2991.

E Regio Monte, 7.VIII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,  
de statu nationis Germanicae dolet; de Buda ab Hungaris recuperata gaudet;  
pro novis de Valachis sibi significatis gratias agit; rogat, ut regem ad  
ineundum matrimonium hortetur etc.*

*Sigill. Autogr.*

*HBA, B, K. 1170.*

Lieber Derle, guter freund und diner.

Den 6 dieses hab ich ewer schreiben bekumen, und gleich wy ich in der arweit gewest, den eingeschlosnen zum ende zu pringen, hab nach wunschung gotlicher gnaden, ewiger und zeitlicher wolfart, des ich mich gancz hochlichen und gnediglich bedancken thu und euch auch gleichmessig wunschen du, und dy erbitung ewer gutwilligen diinst mit gnaden anneme, hab ich mit erfreutem gemute ewer gesunde und gluckselige ankunft mit hochen begirden gancz gern erfahren, den lieben Got bittendt, er wolle euch

in langer wolfart und gesuntheit erhalten. Weil ir auch den Belowicz vor euch funden und erbitdet, was ir aus eyle auf dismol nit schreiben kunnen, das ir bey solchem hernachmols thun wollet, des bin ich also in gnaden gewardent. Es sein mir auch dy zustende deutscher nation baser bewust, den mir lieb. Wolt Got, ich wuster nicht sofyl, den dyweil mich Got doch ane das mit der ervorderung meiner liebsten gemahel nicht ein geringes creucz auferlegt, so heuffen dy leufte diser bosen weldt meine schmerczen nicht gering. Es musse und wil aber alles dem lieben Got ergewen sein etc.

Dy brife und bosten, so wy ir in Reussen kumen gesehen und gehort, wy das dy Ungern dy stadt Ofen mit list und anschlegen widerumb sollen eingenumen haben, doch das irs nit gar fur gewis schreibet, weren furwar zeitung, der sich wol zu erfreuen. Weil aber Ofen noch mitten zwischen den Turcken, wuste ich nicht, wie es zu entseczen were; auch wol zu sorgen, so in an profiandt und entseczung mangeln wurde, das sis nicht lang behalten kunten, so wuste ich auch nit, was in dy stadt wol nucz, so dy Turcken das schlos ynnen hetten.

Dy andre zeitung aber mit dem Wallachen darzu geseczt wurt und das ist gewis, dy sehen mich fur nuczlich an; ist auch, sofern der Wallach glaußen helt, der Kronen zu raten und auch dem Wallachen, das, was er gesworen, fest halte etc.

Wunsche hirzu Gottes gnad, segen und alle wolfart und bedanck mich kegen euch, das ir mir solches mitgedeileit. Dy ich hyemit gottlicher gnaden in aller ewigen und zeitlichen wolfart zu erhalten thu befelen, und weis nicht, was mein lieber Got mit mir vermeynet. Das mir so herczlich stetigs anleit, das sich k.mt. wider verenderte, hoffe ie nicht, das ier mt. ab dem, ab si sich nit stetigs an himel halten kan, etwas arges widerfaren solle. Bitte euch auch durch Got, ir wollet ie helfen, das sich s. mt. in ehestandt ie eher ie pesser begewe; s.k.mt. haben ie ein grossen vortheil, das sy so fyl weis, der ich nit kunt achten, so s.k.mt. darumb werden handeln lassen, das er nichts erlange. So sein mir noch trey junge furstin zu gedechnus kumen, welche des geschlechtes der fursten von Praunsweig, und hat herczog Heinrich<sup>1)</sup> zwey freulen, dy manpar; herczong Erich der jung<sup>2)</sup>, so in k.mt. dinst, hat auch ein swester, dy mir gelobet wurt, das ein feines zuchtiges frewlein sein sol. S.k.mt. faren vort an einem ort, zeigen mirs an, an welchen ort s.mt. hercze sich neige. Gefelt es s.mt., ich gern hendler sein, und bit durch Got, sein mt. verzihe uns allen, s.mt. getrewen dinern und unterdon, landen und leuten, auch kunigreich zugut, nicht lenger. Seit abermols Got befolen. Datis in eyle Kunigspurgk den 7 Augusti anno 1547.

Albrecht in Preussen herczog etc.

1) *Henricus dux Brunsvicensis.*

2) *Ericus dux Brunsvicensis.*

N. 2992.

*E Regio Monte, 8.VIII.1547.*

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, M.D.L. marscalco,*

*equum promissum dono mittit et de mora in mittendo se excusat.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 459-460.

N. 2993.

E Regio Monte, 8.VIII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Radzivill*

*se cognovisse nuntiat equum prius missum (cfr. N. 2958) vitio pedis affectum esse et alium mittit.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 460.

N. 2994.

E Regio Monte, 9.VIII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Wolski, castellano Sandomiriensi, reginae Bonae curiae magistro, rogat, ut negotium finium inter Masoviam et Ducatum suum terminandorum ita apud regem promoveat, quo commissarii ad eam rem perficiendam quam primum constituantur.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 1022.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 461.

N. 2995.

E Regio Monte, 11.VIII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo I regi Poloniae*

*de rege Daniae pro electore Saxoniae et aliis Germaniae principibus ad proxima Comitia Imperii legatos missuro; de necessitate communicandi vicissim consilia inter legatos regum Daniae et Poloniae, priusquam communis ad imperatorem petitio instituatur; de sollicitandis in Romano Imperio omnibus iis, qui negotium iuvare possint.*

Cfr. El. XXX, N. 393.

(Adest conc. Lat. et Germ., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 426-465 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 401-402v).

Regi Poloniae Seniori, XI Augusti.

Exponit Regis Daciae<sup>1)</sup> consilia et pollicitationes, quibus promisit se apud Caesarem<sup>2)</sup> intercessurum etc. Petit, ut legatis suis mandet, ut cum Regis Daciae legatis consilia communicent et eos omnes sollicitent, qui negotium iuvare possunt.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Avuncule Charissime.

Cum Sacra Regia Vestra Maiestas non ita pridem procul dubio, pro regia, qua praedita est, mente, ad conservationem pacis et tranquillitatis in Sacro Romano Imperio, sopiendisque periculosis hisce tumultibus bellorum, charitate et dilectione christiana mota, ad subditas meas petitiones clementer mihi significarit se pro captivato Electore Saxoniae<sup>3)</sup> legationem suam ad Imperatoriam Maiestatem missuram, ubi sperabam fore, ut Serenissimus Daniae Rex, Dominus et affinis meus charissimus, pariter cum S.R. Vestra Maiestate tollendis istis prae oculis existentibus periculis intercederet summamque daturus esset operam, ut mediante gratia divina ac sedula promotione dictus Elector Saxoniae captivatione liberaretur, resque omnis ad mitigationem gravissimorum contractuum et conditionum redigi posset, ad quae S.R. Vestram Maiestatem subdite ac officiose celare non possum S.R. Suam Dignitatem eam mihi pollicitationem fecisse ac benevolie significasse, se pro Electore Saxoniae aliisque Imperii Principibus) ad indicta Sacri Romani Imperii Comitia legatos suos circa festum Bartholomaei ad Sacram Caesaream Maiestatem missuram, ut ibidem cum S.R. Vestrae Maiestatis nuntiis, ac autoritate aliorum Principum sibi adjuncta, tollendis aut leniendis quorundam Principum gravaminibus diligenter instant ac laborent. Id vero S.R. Sua Dignitas summe necessarium existimat, ut, priusquam petitio nomine S.R. Vestrae Maiestatis et Dignitatis Suae ad Sacram Caesaream Maiestatem instituatur, utrumque legatorum necessaria habeantur colloquia, ut eo maiori cum fruge negotium omne proponatur ac oretur. Quae res cum multum utilitatis habitura videatur, S.R. Vestram Maiestatem rogatam facio, dignetur non tantum ei consilio acquiescere, verum etiam legatis suis, si modo S.R. Vestrae Maiestati placuerit, ante discessum ipsorum iniungere, ut legatis Danicis totius legationis summam secretius communicent. Nec hoc inconsultum Regiae Suae Dignitati videtur, ut et simul de negotio Prutenico mentio fiat, addita promissione Regiam Dignitatem Suam in eo erga me synceri ac fidelis affinis partes subituram.

Porro necessarium Regia Sua Dignitas censet, si quid hac in re commodare debeat, ut ante festum Bartholomaei eidem articuli seu media, ad quae instituenda sit actio, transmitterentur, ut, ubi ad eius negotii tractationem perveniretur, eo melius Regia Sua Dignitas consilia sua dirigere posset. Quoniam autem id negotii non ad me, sed S.R. Vestram Maiestatem ac inclytam Poloniae Coronam pertinet, cuius protectionem et defensionem S.R. Vestram Maiestatem tam vigore contractuum, quam crebris pollicitationibus (quas neutiquam in dubium voco) subire deceat ac propensam scio, non video citra S.R. Vestrae Maiestatis, tanquam proprietarii harum terrarum Domini, praeficientiam, ad quem id negotii spectat, quo pacto conditiones seu media actionis S.R. Suae Dignitati a me praescribi vel possint vel debeant. Praeterea agnosco ingenii mei exiguitatem, ut componendo tam grandi negotio vix quicquam mea deliberatione proficere possim, tamen operaे pretium esse puto, ut S.R. Vestra Maiestas pro regia clemencia, quemadmodum et antea a me petitum, aut flagitationibus seu amicis transactionibus vel contractibus, aut quibuscumque aliis mediis, quas pro excellenti ac regio suo consilio facile invenire poterit, in id incumbat, ut S.R. Vestra Maiestas atque hae terrae tandem optata pace ac tranquillitate frui possint. Petoque, dignetur S.R. Vestra Maiestas eiusmodi conditiones seu consilia legatis suis adhuc praesentibus communicare aut absentibus transmittere, ut in quacumque partem voluerint, eis uti et inde optima quaque actionique ipsorum convenientia seligere possint. Si quoque S.R.

Vestra Maiestas illorum quicquam Regiae Dignitati Daniae aperire voluerit, relinquo id S.R. Vestrae Maiestatis placito et iudicio. Quicquid vero mihi exequendum mandaverit, id fideliter a me curabitur. Pro meo autem ingenii captu existimo, quod et subdite ac enixe oro, dignetur S.R. Vestra Maiestas legatis suis inter reliqua mandata et illud iniungere, ut in Comitiis Imperii cum nuntiis Regis Danorum convenient ac pro caussae necessitate negotii statum ipsis exponant ipsorumque consiliis utantur, eo praeципue nomine, cum Regiae Dignitatis Danorum authoritas apud Imperatorem Maiestatem plurimum valeat ac bene audiat. Praeterea, si S.R. Vestra Maiestas plures in aula Caesareae aut Regiae Romanorum Maiestatis<sup>4)</sup> esse noverit, quos conducere huic negotio putet, ut sunt Regia Romanorum Maiestas et iuniores Archiduces Austriae, oro nuntiis imponi, ut illorum auxilium et operam implorent ac tentent, utrum consiliis, promotione ac intercessione eorum, mediante gratia divina, aliquid frugis facere possint. Tamen id omne (quod pro subdita tantum fide S.R. Vestrae Maiestati significo) ad eiusdem eximiam, maturam ac regiam deliberationem remitto, iterum atque iterum amice ac officiose petens, dignetur S.R. Vestra Maiestas haec non in malam partem interpretari, sed pro sollicita cura. Id erga S.R. Vestram Maiestatem, ut in aliis omnibus, subdite ac officiose promereri conabor. His S.R. Vestram Maiestatem divinae protectioni salvam conservandam, me vero et filiam<sup>5)</sup> subditosque meos regiae clementiae, favori ac patrocinio commendo. Datum Regio Monte.

Commissio Principis propria  
Andreas Mönzer.

a) *in ms.* aliquosque Imperii Principes

1) *Christianus III.*

2) *Carolus V.*

3) *Ioannes Fridericus.*

4) *Ferdinandus I.*

5) *Anna Sophia.*

N. 2996.

*E Regio Monte, 11.VIII.1547.*

*Albertus dux in Prussia*  
*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori*  
*causam ducum Pomeraniae commendat.*

*Cfr. El. XXX, N. 392.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 472-473.*

Regi Poloniae Iuniori, XI Augusti.  
Commendat negotium Ducum Pomeraniae<sup>1)</sup> etc.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.  
Non ignorat S. Regia Maiestas Vestra, quo in statu Illustrissimorum Principum Pomeraniae res constitutae sint, quamque exacerbato S. Caesarea Maiestas<sup>2)</sup> in eos sit animo, ut nihil nisi inclemenciam et propemodium

hostilia sperare possint. Qua de re etiam ad Comitia Imperii brevi celebranda vocati sunt. Cum autem a S. Regia Maiestate Poloniae Seniore, Domino et avunculo meo clementissimo, pollicitationem clementem et amicam habeant fore, ut eorum Illustratum in his Comitiis Imperialibus regii sui oratores rationem habeant, itaque amice a me et vehementer dicti Illustrissimi Principes contenderunt, ut (quando nulla cum S. Regia Maiestate Vestra ipsis intercederet notitia) hoc quoque nomine ad S. Regiam Maiestatem Vestram commendarentur, ut eadem suam adiungere authoritatem regiisque oratoribus iniungere dignetur, ut Pomeranicum hoc negotium maiori cum diligentia promovere studerent suaque consilia cum Pomeranicis nuntiis coniungerent, spem habentes Illustrates eorum, meas apud S. Regiam Maiestatem intercessiones non frustratas iri. Quae ne eos spes fallat, etiam atque etiam subiectissime oro. Fecerit in hoc S. Regia Maiestas Vestra rem regia sua excellentia dignam eosque Principes perpetua animorum gratitudine in omne tempus devinxerit. Ego autem quibus possum et debeo officiorum generibus subdite promererri conabor. Quam Christo Optimo Maximo commendo. Datum Regio Monte.

Constantinus.

1) *Barnim IX et Philippus I.*

2) *Carolus V.*

N. 2997.

*E Regio Monte, 11.VIII.1547.*

*Albertus dux in Prussia  
episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski]  
nuntiat secretius sibi scriptum esse de mandato, Ordinis Theutonicorum in  
Livonia magistro ab imperatore transmisso, ut in armis esset et tempore  
opportuno in Prussiam impetum faceret, et certior fieri cupit, quae sit  
regis voluntas de libero transitu militibus in Livoniam ire volentibus dan-  
do; Achatium Czema Stanislao Łaski in legatione ad imperatorem adiun-  
gendum esse censem.*

*Cfr. El. XXXVII, N. 1024.*

*(Adest conc. Lat. et Germ., HBA, B, K. 1170).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 473-475 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 400-  
400v).*

*Episcopo Cracoviensi, XI Augusti.*

*Petit, ut fiat certior, an milites, qui quotidie in Livoniam ire volunt, et  
a quibus ipse de libero transitu sollicitatur, transmittendi sint, quae sit  
S. Regiae Maiestatis voluntas in hac re. Item Achatium Zema mitten-  
dum ad Comitia existimat.*

*Reverende in Christo Pater, Amice ac Frater nobis perchare.*

*Cum proximas nostras literas, de noto agentes negotio, plurimas ob  
causas ad manus R. Vestrae Paternitatis proprias perferri mandassemus,  
interea autem temporis plura se nobis obtulerint negotia, iudicavimus et  
has ad manus proprias inscribendas esse, ut eo certius ad S. Regiam Maie-*

statem pervenirent. Qua vero de re agant quidve tractent, R. Vestra Paternitas ex literis regis liquido cognoscet. Amice ac fraterne petentes, dignetur R. Vestra Paternitas id negotii fideliter consilio et opera sua promovere, ut divina accedente gratia optatum aliquando finem sortiatur. Ac cum non ita pridem legato regio, Magnifico ac Generoso Domino Stanislao de Lasko, Palatino Syradiensi, cum apud nos esset, novitates quasdam communicaverimus, quas ad nos e Lubeca urbe quidam fide dignus secretius scripserrat, videlicet vidisse se in Caesareae Maiestatis<sup>1)</sup> grammaticalio mandatum Ordinis Magistro<sup>2)</sup> in Livoniam transmissum, ut in armis esset, ac quandocumque Caesarea Maiestas secunda vice imperaret, in terras Prussiae impetum faceret eo nomine, ut Ordinem suum (qui aliquandiu succubuisset et nisi tempestive ei succurre[re]tur, prorsus deleretur) rursus restauraret, ut taceamus reliqua. Quo fit, ut quotidie a militibus de libero in Livoniam transitu sollicitemur. Cum autem ignari simus, quid nobis factu sit opus, si contingat pedites singillatim aut gregatim iter in Livoniam moliri velle, utrum libera illis eundi in Livoniam permittenda sit copia, an vero deneganda, amice ac fraterne petimus, dignetur R. Vestra Paternitas S. Regiam Maiestatem eorum omnium informare ac nos porro regiae in hoc datae sententiae certiores reddere, ut officium nostrum eo melius praestare possimus, praesertim cum nihil prius nobis ducamus, quam in omnibus licitis S. Regiae Maiestati ex animo morem gessisse.

Postremo cum pro decore nostro ad S. Regiae Maiestatis deliberationem remiserimus, utrum Achatius Zcema Palatino Syradiensi, legationi ad Caesaream Maiestatem adiungendus sit, tamen pro consulto, imo et necessarium iudicamus, cum in dies aliquid se novi offerat, ut Dominus Achatius Zcema cum legato regio ad Caesaream Maiestatem orator designetur. Cui promovendo R. Vestra Paternitas, pro singulari sua industria, facile rationes in medium proferre poterit. Id erga R. Vestram Paternitatem amice ac fraterne, ita ut nihil in nobis desideretur, promereri conabimur. Quam bene et feliciter valere percupimus. Datae Regio Monte.

Commissio Principis propria.

1) *Carolus V.*

2) *V Wolfgang Schutzbar.*

N. 2998.

*E Regio Monte, 12.VIII.1547.*

*Albertus dux in Prussia  
Sigismundo I regi Poloniae  
pro vidua Hermensdorff.*

(Latine)

*Cfr. El. XXX, N. 397.*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 475-476.*

N. 2999.

E Regio Monte, 12.VIII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori  
negotium finium inter Masoviam, et praecipue praefecturam Wagenschos (Wąsosz), et quosdam districtus suos, et maxime Ioannisburgensem, terminorum commendat et rogat, ut rem apud regem seniorem promoveat, quo commissarii quam primum constituantur.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 465-466.

N. 3000.

E Regio Monte, 12.VIII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori  
petit, ut rex subditis suis, praesertim in praefectura Wąsosz degentibus, iniungat, ut usque ad finalem limitum determinationem violenta locorum controversorum occupatione abstineant, et ut commissarii ad controversiam finium componendam quam primum constituantur.*

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 392.

(Adest conc. Lat. et Germ., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 470-472 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 398-399v).

N. 3001.

E Regio Monte, 12.VIII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*palatino et vicesgerente Ducatus Masoviae [Ioanni Dziergowski]  
de quibusdam Ducatus Masoviae subditis, et maxime praefecturae Wąsosz,  
qui in controversia finibus inter dictam praefecturam et districtum suum  
Ioannisburgensem "indies plus quam oporteat ac iure debeant, occupa-  
re, eradicare ac sibi assignare" conantur, queritur et rogat, ut id prohi-  
bere velit.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 1030.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 466-467.

N. 3002.

E Regio Monte, 12.VIII.1547.

*Albertus dux in Prussia  
vicecapitaneo in Wąsosz (Wagenschos)  
de subditis praefectureae eius, in controversia finibus arbitrarie se gerentibus,  
queritur et postulat, ut eos "ab ulteriori occupatione, violenta eradica-  
tione controversorum finium" prohibeat.  
(Latine)  
(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).  
Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 467-468.*

N. 3003.

E Regio Monte, 12.VIII.1547.

*Albertus dux in Prussia  
episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski] et, mutatis mutandis, Stanislao  
Hosio,  
pro Martini Hermensdorff reicta vidua.  
(Latine)  
(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).  
Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 468-469.*

N. 3004.

E Regio Monte, 12.VIII.1547.

*Albertus dux in Prussia  
Stanislao Hosio, canonico Cracoviensi, secretario regio,  
negotium viduae Hermensdorff contra Gedanenses commendat.  
(Latine)  
Cfr. El. XXXVII, N. 1035.  
(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).  
Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 469-470.*

N. 3005.

Spychowo (Puppen), 16.VIII.1547.

*Albertus dux in Prussia  
episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski]  
de litteris regis iunioris, ad Stanislaum Łaski datis, a se acceptis, et de legato  
suo ad eundem Łaski mittendo; de Nicolao Radziwiłł, Magni Ducatus Li-  
thuaniae marscalco, a rege iuniore ad regem seniorem legato misso, num-  
tiat et rogit, ut attentus sit et se de omnibus certiore reddere velit.  
(Adest conc. lat., HBA, K. 1170).  
Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 552-554.*

Episcopo<sup>a)</sup> Cracoviensi, XVI Augusti.

Reverende in Christo Pater, Amice ac Frater nobis charissime.

Nolumus Reverendam Paternitatem Vestram praeterire, nos hodierna die in hac nostra solitudine et venatione literas Serenissimae Regiae Maiestatis Iunioris, Domini nostri clementissimi et consobrini charissimib), ad Magnificum et Generosum, amicum et fratrem nobis percharum Stanislauum a Lassky, scriptas, accepisse. Quod vero iis S. Regia Maiestas velit, nos ignoramus, sed tam his adducti praesentem nuntium quam celerrime ad Magnificentiam Suam trasmittere voluimus. Quod cum fieret, praetermittere minime poteramus, quin et R. Paternitatem Vestram nostris inviseremus, amice fraterneque significaremus nos intellexisse, ad S. Regiam Maiestatem Seniorem, Dominum et avunculum nostrum clementissimum charissimumque, Serenissimam Maiestatem Regiam Iuniorem<sup>c)</sup> legatum misisse Magnificum ac Generosum amicum et fratrem nostrum Nicolaum Ratzivila, Supremum Marschalcum Magni Ducatus Lithuaniae. Quae habeat in mandatis, nobis incognita sunt, accepimus tamend<sup>d)</sup> inter caetera et haec illi iniuncta esse<sup>e)</sup>: Primo ut instet apud S. Maiestatem Regiam Seniorem diligenter de securitate nostra cum Imperatore Romani Imperii agendum esse. Deinde Regia Maiestas<sup>f)</sup> in controversia limitum Magni Ducatus Lithuaniae, tum et nostri Ducatus terrarum Prussiae, conveniat.

Quam ob rem amice ac fraterne rogamus, R. Paternitas Vestra dignetur in hoc negotio<sup>g)</sup> attentus esse, ac si intellexerit hanc causam proponi, nos de his omnibus certiorem reddere. Et quando quidem forte nonnulli esse poterunt, qui nostro negotio male velint, R. autem Paternitatem Vestram nobis ex animo bene velle idque plurimis officiis abunde declarasse testamur, iterum atque iterum rogamus, ne amicum ac fraternum officium negligat, sed summa diligentia apud S. Regiam Maiestatem incumbat, ne haec caussa diutius protrahatur, verum debitae executioni demandetur, ut tandem aliquando ad optatum finem perducatur, discordiae tollantur, pax et concordia, quibus exiguae res crescunt, alantur. Nam etiamsi in hoc casu S. Maiestas Regia quicquam concederet nobis, nihil tamend<sup>d)</sup> de suo iure cederet, omnia enim, de quibus controvertitur, sunt Maiestati Suae et permanent eidem tanquam pheudi domino. Nos vicissim dabimus operam, ne quod amicum fraternumque officium R. Paternitas Vestra in nobis desideret, sed ut par<sup>h)</sup> pari referatur. His R. Paternitatem Vestram quam felicissime valere ex animo optamus. Datum Regio Monte. Datae<sup>i)</sup> Puppen<sup>j)</sup>.

Commissio Principis propria  
Cunheim.

- a) *in margine*: Diese copyey ist vorhalten wurden
- b) *in ms.* consobrino charissimo
- c) *in ms.* Iunioris
- d) *in ms.* tam
- e) *in ms.* est
- f) *in ms.* Regiam Maiestatis
- g) *in ms.* negotia
- h) *in ms.* pax
- i) *in ms.* Datas
- z) *sic in ms.*

N. 3006.

E Regio Monte, 16.VIII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Łaski, palatino Siradiensi,  
notum facit se hodierna die litteras regis iunioris ad eum scriptas accepisse et  
statim nuntium suum cum eisdem ad ipsum alegasse.*

(In margine: Diese copei ist ein zzeitlang vorhalten wurden).

(Latine)

(Adest conc. Lat. cum dato: Poppen, den 19 Augusti 1547, HBA, B, K. 1170).  
Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 554-555.

N. 3007.

E Regio Monte, 17.VIII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Lutomirski, succamerario Siradiensi, curiae regiae thesaurario,  
Georgium Walthauer, civem Regiomontanum, commendat et rogit, ut negoti-  
tum eius ita promoveat, quo "triginta lastas cineris, quas ante regium  
interdictum in Magno Ducatu coemit, exportare queat".*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).  
Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 476-477.

N. 3008.

Spychowo (Poppen), 20.VIII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo I regi Poloniae*

*se falso a rege Romanorum accusatum esse asserit (quasi qui receptum con-  
cedat iis, qui criminis laesae maiestatis condemnati sint), innocentiam  
suam exponit et rogit, ut se coram rege Romanorum purgare et excusare  
velit.*

Cfr. El. XXX, N. 390.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 477-479 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 403-404,  
cum dato: Konigspergk, 20.VIII.1547).

Regi Poloniae Seniori, XX Augusti.

Petit, ut se Romanorum Regi<sup>1)</sup> excuset, falso enim se accusatum esse  
etc.

Serenissime Rex, Potentissime Princeps, Domine Clementissime.

Maiestatis Vestrae clementissimas amicissimasque literas, Piotrcoviae  
XIII Augusti scriptas, hesterno vesperi a coena hic in solitudine et vena-  
tione subdito, officioso atque amico animo, non minus qua debui debita

accepi reverentia. Ex quibus non sine aliquo dolore Serenissimi Principis Regis Romanorum<sup>1)</sup>, Domini mei clementissimi, accusationem per nuntium apud Maiestatem Vestram factam intellexi: me dare receptum iis, qui laesae Maiestatis sive perduellionis a Maiestate Sua condemnati sunt; dein quid Maiestas Vestra ex regia et innata clementia apud Serenissimos Principes Imperatorem<sup>2)</sup> et Regem Romanorum mea gratia clementer atque amice constituerit; postremo quid a me fieri velit Maiestas Vestra, clementer, amice ac paterne exponit. Ad haec paucissimis Maiestati Vestrae respondeo, quia ex singulari studio debitaque obedientia in omni lito ac honesto officiorum genere subdito, officioso atque amico animo me debitorem Maiestatis Vestrae agnosco et summo studio diligentiaque operam dabo, ne aliter a me fieri Maiestas Vestra unquam intelligat, imperatis satis fiat. Quod vero clementer Maiestas Vestra incumbat offensorum Imperatoris ac Regis Romanorum animos reconciliare, subditas et immortales ago gratias, incessanter rogans atque orans, ne Maiestas Vestra Regia sistat prius, quam ceptum hoc negotium in bonum et optatum finem perducat, considerando praecipuam esse causam inclemenciae Imperatoris et Regis Romanorum, me illis subditam obedientiam denegare, Maiestati vero Vestrae eam, quemadmodum decet, praestare.

Propter praesentem accusationem Regis innocentiam meam coram Vestra Regia Maiestate (cui nunquam alia nisi vera scienter proposui) expono. Hactenus de huiusmodi hominibus, qui in nostro Ducatu recipi- rentur, neque scimus neque audivimus, multo minus huius notitiam habemus, cuius mentio fit in literis Maiestatis Vestrae. Quare supervacaneum puto me multis ambagibus apud Maiestatem Vestram excusandum esse. Saltem id humiliter precor, ut me Maiestas Vestra dignetur clementer apud Sacram Regiam Maiestatem Regem Romanorum purgare et orarea<sup>a)</sup>, ne huiusmodi ac similibus delationibus aures praebeat, verum sibi clementer persuadeat me praecipue Maiestati Vestrae, tum et Suae Regiae Maiestati in singulis beneplacitis ac licitis studiose libenterque obsequi. Haec celeriter pro debita obedientia responsi loco S.R. Maiestatem Vestram celare nolui. Quam diu foeliciter valere ex animo opto. Datae Poppen, XX die Augusti.

a) *in ms.oratorem*

1) *Ferdinandus I.*

2) *Carolus V.*

N. 3009.

*Spychowo (Poppen), 20.VIII.1547.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, R.P. exercituum capitaneo,  
de veterum monumentis, libris et scriptis ad Prussiam concernentibus, a Christophoro Szydłowiecki in monasterio quodam olim repertis, sibi transmit-  
tendis.*

*Cfr. El. XXXVII, N. 1041.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 481-482*

Comiti a Tharnow, XXIX Augusti.

Rogat, ut libros illos et veterum monumenta, quae Christophorus Schidlowitz reliquit, ad Suam Celsitudinem mittat.

Illustris ac Magnifice Domine, Amice et Frater Charissime.

Ex bonorum relatione intelleximus Illustrem ac Magnificum Dominum, communem amicum et fratrem nostrum amantissimum, piae memoriae Christophorum a Schidlowitz, non pauca veterum monumentorum, librorum ac scriptorum in quodam monasterio et alibi hic in Prussia nactum esse. In quibus procul dubio varia non modo de rebus gestis, verum etiam reliquis negotiis Prutenicis commemorantur. Haec omnia post obitum Illustritatis Suae ad Vestram Illustritatem pervenisse nobis significatum. Et quandoquidem propter commune bonum Reipublicae, tam Regni Poloniae, quam etiam huius nostri Ducatus, plurimum referat nos de iure et omnibus rebus Prutenicis bene informatos et instructos esse, ius Regni Poloniae et nostri Ducatus eo constantius<sup>a)</sup> defendere ac tueri ut possimus, nec minus consultum esse perspicimus, ut omnia memoria digna huius provinciae in Cronica conscribantur, illaque Illustritatis Vestrae in hoc negotio scripta nostrum consilium multum iuvare posse, amice et fraterne rogamus, quo Illustritas Vestra dignetur talia nobiscum communicare, probe servata et obsignata ad nos transmittere. Nec est quod Illustritas Vestra vereatur alienationem, bona fide ea reddere pollicemur, quod literis et sigillo firmabimus. Atque his Illustritati Vestrae nos amice ac fraterne commendamus. Quam Christus, servator noster, diutissime conservet incolumem. Datae Poppen.

a) in ms. constantibus.

N. 3010.

E Regio Monte, 30.VIII.1547.

*Albertus dux in Prussia  
episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski]  
de Achatio Czema ex numero legatorum ad imperatorem deputatorum excluso  
dolet et rogat, ut iterum apud regem operam interponat, quo tamen Stanisla<sup>o</sup> Łaski legationis collega adiungatur; pro opera in negotio suo monetario praestita gratias agit.*

Cfr. El., XXXVII, N. 1019.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 479-481.

Episcopo Cracoviensi, XXX Augusti.

Suadet, ut Palatinus Marienburgensis<sup>1)</sup> mittatur ad Comitia, et agit gratias, quod sua studia in re monetaria offerat.

Ex literis Reverendae Paternitatis Vestrae primum cognovimus, eandem idem nobiscum sensisse de profectione Serenissimi Regis Iunioris etc. ad S. Caesaream Maiestatem<sup>2)</sup>. Quod quidem sententiae etiamdum apud nos ratum et statutum manet, nec iudicamus eam profactionem, cum Caesarea Maiestas longius recesserit, ullo modo suscipiendam. Quod autem legatorum numerus imminutus et Palatinus Marienburgensis inde exclusus

est, id nobis profecto auditu iucundum non fuit. Tametsi enim totam rem S. Regiae Maiestatis arbitrio reliqueramus, tamen clare et aperte suasimus, nobisque necessarium videri Domino Palatino Syradiensi<sup>3)</sup> indicavimus<sup>a)</sup>, ut Palatinus Marienburgensis eius legationis esset socius et collega, idque his praesertim de causis, quod is de toto hoc negotio Prutenico multo melius et accuratius instructus est, quam alter. Itaque consultum nobis omnino videtur, idque ut R. Paternitas Vestra ad S. Regiam Maiestatem promovere summo studio dignetur, amice ac fraterne petimus, quoniam Palatinus Marienburgensis ad Illustrem Principem Electorem Brandenburgensem<sup>4)</sup> eiusque fratrem<sup>5)</sup> mittitur, ut ei a Sacra Regia Maiestate iniungatur, quo se Domino Palatino Siradiensi comitem adiungat, unaque ad S. Caesaream Maiestatem proficiscatur ac ea negotia, quae commissa habet, pro commodo et utilitate totius incliti Regni harumque terrarum, qua potest diligentia, industria et fide, expedire studeat. Domino autem Palatino Syradiensi, siquidem is forte iam iter ingressus est, per nuntium, qui magnis itineribus eum sequatur, mandetur, ut quando negotiorum difficultas exigere videatur, aliaeque rationes, quae S. Regiam Maiestatem Suam moveant, in promptu sint, placere, ut Palatinus Marienburgensis una ad S. Caesaream Maiestatem proficiscatur. Quare eum sibi collegam esse velit detque operam sedulo, ut communī consilio commissa negotia diligentissime expediantur. Haec nobis quidem via non incommoda videtur, qua haec res succedere possit. Quod vero R. Paternitati Vestrae perstare nos in hac sententia literis nostris non significavimus, equidem nos supervacaneum esse duximus, quando Dominum Palatinum Siradiensem rem omnem viva voce edocuimus nostramque illi sententiam satis diserte aperruimus, nec dubitavimus, quin id pro sua fide relaturus esset. Quare cum necessitas exigat, ut Palatinus Marienburgensis una ad Imperatoriam Maiestatem mittatur, iterum fraterne petimus, R. Paternitas Vestra hoc sibi negotium diligenter commendatum habeat. Nam ut is ad Marchionem Brandenburgensem Electorem solummodo proficiscatur, non videmus quo pacto toti negotio per eam missionem consulatur. Nos tamen R. Paternitatis Vestrae iudicio exactissimo itidemque S. Regiae Maiestatis arbitrio haec relinquimus. Ea haud dubie, quoniam Suae Regiae Maiestatis res agitur, ita prospiciet, ne quid detrimenti Regnum atque haec provicia capiat.

Ceterum quod R. Paternitas Vestra in negotio monetario, quantum praestare poterit, etiamdum facere parata est, de eo magnas illi habemus gratias, Deo autem Optimo Maximo ac S. Regiae Maiestati rem omnem committimus, non dubitantes futurum, ut his aliquando gravaminibus sublevemur. Quod erga S. Regiam Maiestatem cunctosque incliti Regni status subdite, officiose et amice promereri conabimur. Extremo Reverendam Paternitatem Vestram fraterne et obnixe petentes, ea sibi haec omnia, quae his literis rogavimus, commissa sibi diligenter habeat. Hoc nos amicis et fraternalis nostris officiis ubivis demerebimur. Datae Regio Monte.

Relatio Cancellarii  
Constantinus.

a) *in ms. iudicavimus*

1) *Achatius Czema.*

2) *Carolus V.*

3) *Stanislaus Łaski.*

4) *Ioachimus II.*

5) *Ioannes I. marchio Brandenburgensis.*

N. 3011.

E Regio Monte, 2.IX.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori*

*pro Iacobo Maltwitz, subdito suo, negotium habente cum Andrea Schultz et Bartholomaeo Bischoff, civibus Caunensibus, ratione aliquot millium marcarum, ipsis mutuo datarum, intercedit et rogat, ut auctoritate regia interposita debitam sibi pecuniam a debitoribus suis consequi possint.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 482-483.

N. 3012.

E Regio Monte, 2.IX.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Lutomirski, succamerario Siradiensi, thesaurario curiae regiae*

*pro Iacobo Maltwitz (cfr. N. praec.).*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 483-484.

N. 3013.

E Regio Monte, 6.IX.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Łaski*

*firmae valetudinis restitutionem ei exoptat; peculiares characteres ab eo petitos (ciphras) mittit; mille joachimicos (taleros) familiari eius numerare promittit, pro quibus fratrem eius Stanislaum obligatum habere desiderat; rogat, ut fratrem hortetur, quo negotia sua promoveat.*

Cfr. E. XXXVII, N. 1008.

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 484-486.

Domino Ioanni a Lasko, VI Septembbris.

Peculiares characteres mittit ac mille Jachimicos mutuo dat, pro quibus fratrem eius obligatum habere cupit. Item petit, ut fratrem hortetur, quo Suae Celsitudinis negotia apud Regem Poloniae promoveat.

Salutem et benevolentiam nostram.

Nobilis ac erudite, sincere nobis dilecte.

Literas tuas, XXII Iunii Aembdae datas, accepimus. Ex quibus, quod nobis sane molestum accidit, te adversa valetudine impeditum, quominus ad nos ipse accederes, cognovimus, Deum aeternum Patrem, omnis foelicitatis auctorem, suppliciter petentes, dignetur, quicquid id tandem morbi est, clementer auferre, pristinas tibi vires et valetudinem firmam pro beni-

gna sua voluntate restituere ac restitutam longis temporibus tueri et conservare. Quod autem ad nos quaedam perscribenda habes, quae nostra interesse existimas, eamque ad rem commodius conficiendam, quando nos ipse invisere non potes, peculiares quosdam characteres, non quibusvis legibiles, transmitti expetis, ea in re facile tibi morem gessimus talesque characteres, non cuivis cognitos, tuo cum familiari mittimus, etiam atque etiam clementer petentes, velis nos de omnibus rebus, quas ad nos pertinere arbitaberis et quea alioqui scitu dignae accident, certiores facere.

Caeterum petitionis tuae summam ex relatione tui familiaris, Cancelario nostro<sup>1)</sup>, nobis absentibus, dum venationi operam impendimus, facta, perceperimus. Et quamquam periculosis hisce temporibus ac iniquissimis citra rerum nostrarum incommodum tibi gratificari hoc casu haud facile possumus, tamen ut nostrum erga te totamque familiam tuam animum eundem adhuc esse cognoscas, qui olim fuit, hoc est clementissimum ac benevolentissimum, curavimus tuo familiari mille vallenses Joachimicos certis sub conditionibus, quas ex ipso intelliges, numerari, sperantes equidem fratrem tuum Stanislauum eo se nomine obligatum. Quod ut fiat, tuum est confidere. Nam quod ea bona, quae in Phrisia hereditaria habes, obligata nobis pro hac summa velis, potes ipse expendere, quam ea nobis conditio acceptu sit gravis et impossibilis. Rationes evidentes facile vides, dum res nostrae apud Caesaream Maiestatem<sup>2)</sup> tali in statu constitutae sunt, tum et coniugem tuam liberosque, si quid humanitus tibi contingat (quod Deus omen obruat), nolumus praegravatos. Utut autem haec se habent, non dubitamus, quin datus sis operam, ut cautionem sufficientem in quemcumque casum simus habituri. Hoc et te dignum feceris et nobis animum pluribus gratificandi magnopere adauxeris.

Extremo a te vehementer petimus, quando apud Sacram Regiam Maiestatem Poloniae, Dominum et avunculum nostrum charissimum, ardua nonnunquam et ampla negotia habemus, ut fratri tuo proprio quasi motu, ne a nobis profectum venari possit, perscribas eumque admoneas, ut sua autoritate ea, quae apud Serenissimum Regem agenda habemus negotia, diligenter et fideliter promovere sibique accurate commendata habere velit, quo hac ratione suam erga nos benevolentiam ostendat. Quam ei hercle et tibi tuisque omnibus libenter et non gravate praestamus porroque praestabimus. Cupimus te cum tuis omnibus bene foeliciterque valere. Ex Monte Regio etc.

Ex literis Illustrissimi Principis  
Constantinus.

1) *Ioannes a Kreitzen.*

2) *Carolus V.*

N. 3014.

*E Regio Monte, 7.IX.1547.*

*Albertus dux in Prussia  
episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski]  
gratias agit, quod se circa voluntatem regiam de proficiscentibus in Livoniam  
militibus edocuit; de palatino Marienburgensi [Achatio Czema] sperat  
eum tandem legato ad imperatorem [Stanislaw Łaski] a rege adiunctum  
iri; pro studio in negotio viduae Hermensdorff adhibito gratias agit.  
(Latine)*

*Cfr. El. XXXVII, N. 1024.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1024.*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 487-488.*

*N. 3015.*

*E Regio Monte, 7.IX.1547.*

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Hosio, canonico Cracoviensi, secretario regio,*

*pro vidua Hermensdorff.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXVII, N. 1025.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1025).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 488-489.*

*N. 3016.*

*Oletzko, 11.IX.1547.*

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Bojanowski, secretario regio,*

*a cancellario suo [Ioanne a Kreitzen] desiderium eius ad se veniendi sibi significatum esse nuntiat; notum facit se nunc venationibus vacare et propterea officiali suo demandasse, ut ipsum, si venerit, ad se adduceret.*

*(Germanice)*

*Cfr. El. XXXVII, N. 1034.*

*(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1170).*

*Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 404-404v.*

*N. 3017.*

*E Regio Monte, 13.IX.1547.*

*Albertus dux in Prussia*

*Paulo Sapieha (Sapia)*

*pro Christophoro Maltitz, subdito suo, causam cum Ioanne Schultz propter debitam sibi ab illo centum marcarum summam habente, intercedit et rogat, ut ei adiumento esse velit, quo debitam sibi pecuniam a debitore suo, nunc in Russia latitante, recuperare possit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 489-490.*

N. 3018.

E Regio Monte, 13.IX.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Dziergowski, palatino et vicesgerenti Ducatus Masoviae,  
Petri Ruszkowski relictam viduam, propter debita apud eum causam haben-  
tem, commendat.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 490-491.

N. 3019.

Westeten (?), s.d. [IX.1547]

*Albertus dux in Prussia*

*"Domino Benasso", praefecto silvarum reginae Poloniae,  
pro Antonio Bögner, subdito suo, intercedit et rogat, ut ei servi ad paranda  
ligna conducti, nunc fugitivi et in districtu ipsius latitantes, una cum  
instrumentis ablatis restituantur.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 492-493.

N. 3020.

E Regio Monte, 15.IX.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Andreae a Górką, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo,  
filium Venceslai Zaremba, ad ingenuas artes perdiscendas in Academiam  
Regiomontanam missum, nomine eius sibi commendatissimum fore nun-  
tiat.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 1017.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 493-494.

N. 3021.

E Regio Monte, 24.IX.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori  
liberam mercantiarum traiectionem se regi libenter ad triennium concedere  
nuntiat et sperat eiusmodi mercantias regia signatura praeditas fore ("ne  
alii nomine S. Regiae Vestrae Maiestatis hanc meam subditam benevo-*

lentiam plus in suum, quam S. Regiae Vestrae Maiestatis usum et  
commodum vertere ac usurpare conentur").

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 396.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 491.

N. 3022.

E Regio Monte, 27.IX.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*castellano Naklensi [Venceslao Zaremba de Kalinowa]*

*filium eius sibi commendatum, excolendi ingenii gratia in Academiam Region-*  
*montanam missum, se omni favore et benevolentia prosecuturum esse*  
*promittit; nuntiat praeterea ad se perlatum esse nuntios terrarum in*  
*Comitiis Regni varia contra se molimina struere et rogat, ut auctoritate*  
*sua interposita animos nuntiorum erga se, "vasallum et incorporatum*  
*Coronae Principem", mutare studeat.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 1026.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 494-495.

N. 3023.

E Regio Monte, 28.IX.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Andreae a Górką, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo,*  
*notum facit gratum sibi fuisse, cum cognovisset Achatium Czema palatino*  
*Siradiensi [Stanislao Łaski] collegam legationi a rege adiunctum esse;*  
*cum tamen acceperit regi aliter visum esse, Deo id committendum censem;*  
*rogat, ut auctoritate, qua apud nuntios terrarum gaudet, interposita,*  
*eorundem nuntiorum hostilia contra se molimina frangat.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 495-497.

N. 3024.

[E Regio Monte], 30.IX.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*palatino Belsensi [Nicolao Sieniawski]*

*pro Georgio a Gröben, consiliario suo, quibusdam de causis filium ad se revo-*  
*care cupiente, rogat, ut dicto eius filio veniam ad patrem redeundi conce-*  
*dere velit.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 497.

N. 3025.

E Regio Monte, 1.X.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori*

*Ioannis Goliński relictam viduam et liberos totamque eius causam, quam contra quosdam mariti sui interfectores habet, commendat.*

(Latine)

*Conc. Lat., HBA, B, K. 1170 (in Ostpr. Fol. deest).*

N. 3026.

E Regio Monte, 3.X.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori*

*exponit rationes, quapropter subditi regii Jurborgenses, contra edictum suum prohibitorum mercaturam mellis exercentes, a capitaneo suo Insterburgensi in vinculis detineantur.*

(Latine)

*Cfr. El. XXX, N. 359.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 498-499.*

N. 3027.

E Regio Monte, 3.X.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*tenutario Jurborgensi*

*ei, de capitano suo Insterburgensi non administratae iustitiae conquerenti, respondet sibi non constare subditis regii liberum in districtum Insterburgensem aditum negari; notum facit talem aditum nonnisi furibus, qui posithabito interdicto suo mella et alias res furantur, prohibitum esse.*

(Latine)

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 499-500.*

N. 3028.

E Regio Monte, 6.X.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*castellano Posnaniensi [Andreae a Górką]*

*nomine filiorum Christophori Schenck a Tauchenberg, Gulielmi Schenck tutorum, rogat, ut eidem ipsorum pupillo, in aula eius degenti, veniam ad ipsos redeundi in duos menses concedat.*

(Latine)

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 500-501.*

N. 3029.

E Regio Monte, 8.X.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Annae Odrowąż, e ducibus Masoviae,  
pro salutatione per culinae suae praefectum sibi allata et benevolentia eidem  
praefecto exhibita gratias agit; rogat, ut summam 2400 florenorum Ber-  
nardo Pretwicz, capitaneo Barensi, cui ipse talem summam se debere nuntiat,  
nomine suo numeret; reliquam vero debitae sibi pecuniae partem in  
aliquot adhuc annos ei concedit.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 501-503.

N. 3030.

E Regio Monte, 8.X.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Bernardo Pretwicz, capitaneo Barensi,  
de non soluto ad statutum tempus debito se excusat et significat se ad Annam  
Odrowąż scripsisse, ut debitum illud suo nomine ei numeraret.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 503-504.

N. 3031.

E Regio Monte, 8.X.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Działyński, castellano Culmensi, capitaneo in Bratian,  
pro Marco Machinger et Ioanne Stoll, subditis suis districtus Ilaviensis  
(Deutzeylau), intercedit et rogat, ut eos veteribus ipsorum possessionibus,  
multis retroactis annis ab ipsis quiete usurpati, quiete uti porro permit-  
tat.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 504-505.

N. 3032.

E Regio Monte, 9.X.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Bernardo Pohibel*

*pro litteris eius et Gabrielis Tarlo gratias agit; aureos hungaricales ad inau-  
randum horologium mittit; significat rumorem sibi allatum esse de Livo-  
nibus ad futura Regni Comitia nuntios mittere cogitantibus.*

(Germanice)

(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 404v-405.

N. 3033.

E Regio Monte, 10.X.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,*

*rogat, ut Marx Ramell, servitorem suum, regi commendet, quo bona Crone, a  
defuncto Notzmer relicta, obtinere possit.*

(*Schedula: Bernardum Heydenstein, in Lithuania proficiscentem, com-  
mendat*).

(Germanice)

(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 405v-406v.

N. 3034.

E Regio Monte, 11.X.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo I regi Poloniae*

*de causa Hermensdorffiana prolixius.*

(Latine)

Cfr. El. XXX, NN. 397, 400.

(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 507-512 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 406v-409v).

N. 3035.

E Regio Monte, 11.X.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori (mutatis mutandis Ioanni Lutomir-  
ski)*

*pro Bernardo Heidenstein, cive Regiomontano, qui cum quibusdam subditis  
regiis in Magno Lithuaniae Ducatu societatem negotiationis contraxit et  
propterea multos partim debito, partim mercantiis obligatos habet, inter-  
cedit, ut voti compos fieri possit.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 506.

N. 3036.

E Regio Monte, 11.X.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*curiae magistro regis Poloniae iunioris [Petro Zborowski]  
oblata occasione nuntii Vilnam proficiscentis, eum salutat et prosperos suc-  
cessus exoptat; nova a mercatoribus allata, inter alia de imperatore  
adversa valetudine laborante, dubitatae fidei esse asserit.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 505.

N. 3037.

E Regio Monte, [11.X.1547].

*Albertus dux in Prussia*

*episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski]  
de causa Hermensdorffiana.*

(Sub textu: Mutatis mutandis scriptum est pro eadem vidua Doctori  
Hosio).

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 512-513.

N. 3038.

E Regio Monte, 12.X.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori  
litteris eius 12.VI. datis acceptis, notum facit se subditis regiis, qui spreto  
mandato suo prohibitorio mercaturam mellis, ex silvis suis fraudulenter  
collecti, in gratiam regis sarcinas tantum, sine furtivo melle, reddi man-  
dasse.*

(Latine)

Cfr. E. XXX, NN. 372, 381.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 513-515.

N. 3039.

E Regio Monte, 13.X.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,  
arma et loricam, hastiludiis apta, mittit.*

(Germanice)

(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 409v-410.

N. 3040.

E Regio Monte, 14.X.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori*

*ad postulationem regis, ut quorundam nobilium, subditorum regiorum, profugos restituat, respondet se id facere non posse, cum eiusmodi profugi ipsis referentibus Ducatum Prussiae ultra decennium inhabitaverint, "ita ut pro vetere consuetudine tanto annorum spatio possessionibus occupatis avelli nequeant".*

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 376.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 516-517.

N. 3041.

E Regio Monte, 16.X.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*palatino Plocensi [Felici Srzeński]*

*Stanislaum Kruszewski ex vinculis dimitti non posse nuntiat ob enormitatem facinoris ab ipso perpetrati; ut tamen amicam suam in palatinum affectionem ostendat, se ipsum liberaturum esse promittit, dummodo ad hoc faciendum consensum viduae et cognatorum occisi obtineat.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 1037.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 515-516.

N. 3042.

E Regio Monte, 18.X.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*regi Angliae [Eduardo VI] et, mutatis mutandis, regi Galliae [Henrico II] de morte patris [Henrici VIII regis Angliae et Francisci I regis Galliae] eum consolatur; octo falcones assuefactos dono mittit.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 518-520.

N. 3043.

E Regio Monte, 18.X.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Annae Montmorency, Galliae comestabili,  
in signum amicitiae octo falcones assuefactos, ad aucupia idoneos, dono mit-  
tit.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 520-521.

N. 3044.

E Regio Monte, 18.X.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, Samogitia capitaneo,  
filium eius sibi commendatum, cuius mores et indolem magnam sibi spem  
facere asserit, commendatissimum sibi futurum nuntiat.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 522-523.

N. 3045.

E Regio Monte, 20.X.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Alexio Ferderowitz (Federowicz?), burggrabio Trocensi,  
filium eius, etiam a Nicolao Radziwill sibi commendatum, libenter se promo-  
turum promittit, dummodo in puerō ipso voluntas discendi non desit, ita  
ut "bonis literis imbutus pietateque" domum aliquando redire possit.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 517-518.

N. 3046.

E Regio Monte, 21.X.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*senatus Caunensi*

*pro Bernardo Jeckel, subdito suo, cum Francisco Guberstein, cive Caunensi,  
causam habente de debita sibi pro vino vendito pecunia, intercedit.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 523-524.

N. 3047.

E Regio Monte, 22.X.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo I regi Poloniae*

*litteras regis de profugis restituendis, a. 1543 scriptas, nunc demum sibi allatas esse nuntiat, profugos tamen restitui non posse asserit ob temporis diuturnitatem (totum scil. octennium), quo in ditione sua commorati sint.*

(Latine)

Cfr. El. XXX, NN. 271, 272, 273.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 524-526.

N. 3048.

E Regio Monte, [22.X.1547].

*Albertus dux in Prussia*

*palatino Siradiensi [Stanislao Łaski]*

*ad Albertum iuniorem, marchionem Brandenburgensem, nepotem suum, scribens, ipsum quoque, in eodem nunc loco degentem, salutat et rogat, ut sibi perscribat, quid ibi agatur ("cum communis Germaniae calamitas ad nos etiam bona ex parte spectare videatur, nihilque nobis optatius accidere possit, quam ut pax dulcissima aliquando constituatur, quo verbum Dei pure ac libere doceri queat").*

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 1048.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 525-526.

N. 3049.

E Regio Monte, 23.X.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Petro Zborowski, castellano Malogostensi, regis iunioris curiae magistro, affinem eius, Stanislaum Sobek, ob longiorem absentiam excusat ("iter enim proxime in Bohemiam nostra auctoritate nostroque iussu, non privata quadam petulantia, susceptum ab eo fuit, idque eas ob rationes potissimum: et quod Polonicam linguam calleret facileque cum Bohemis ob cognationem sermonis conversaturum eum existimamus, et quod alioqui etiam idoneus ad ea negotia videretur").*

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N.K 1045 (ubi pro: in Lithuaniam lege: in Bohemiam.)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 526-527.

N. 3050.

*E Regio Monte, [circa 23.X.1547].*

*Albertus dux in Prussia*

*castellano Posnaniensi [Andreae a Górką]*

*pro Francisco Richter, cive Regiomontano, intercedit et rogat, ut senatum  
Posnaniensem adhortetur, quo aes alienum a debitoribus suis sine mora  
consequi et ita creditori suo, Alberto Joseph, satisfacere possit.*

(Latine)

*Cfr. El. XXXVII, N. 1039.*

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 527-528.*

N. 3051.

*E Regio Monte, 26.X.1547.*

*Albertus dux in Prussia*

*castellano Posnaniensi [Andreae a Górką]*

*notum facit Franciscum Richter a debitoribus suis impediri, quominus pro-  
missis stare et creditori suo, Alberto Joseph, satisfacere possit.*

(Latine)

*CCfr. El. XXXVII, N. 1039.*

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 528-529.*

N. 3052.

*E Regio Monte, 26.X.1547.*

*Albertus dux in Prussia*

*Alberto Joseph, civi Posnaniensi,*

*liberalitatem eius in Franciscum Richter, subditum suum, laudat eique polli-  
cetur bonam spem esse, ut subditus suus, cum primum ipsi a debitoribus  
satisfactum sit, ei quoque satisfaciat.*

(Latine)

*Cfr. El. XLV, N. 61.*

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 529-530.*

N. 3053.

*E Regio Monte, 28.X.1547.*

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,*

*pro Ioanne Streckfuss et Iacobo Heydemann, subditis suis, rogat, ut efficiat,  
quo eis ligna et cineres in Lithuania arrestati restituantur.*

(Germanice)  
(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1170).  
Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 410-411.

N. 3054.

E Regio Monte, 28.X.1547.

*Albertus dux in Prussia*  
*Ioanni Wunsam, civi Cracoviensi,*  
*Ioanni Nimpesch, cubiculario suo, se demandasse nuntiat, ut certam boni vini*  
*Hungarici quantitatem ab eo emeret; rogat, ut quamprimum eiusmodi*  
*vinum sibi transmittendum curet.*  
(Germanice)  
(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1170).  
Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 411-411v.

N. 3055.

E Regio Monte, 29.X.1547.

*Albertus dux in Prussia*  
*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori*  
*ad litteras regias, 7.VII. datas, nunc tandem acceptas, quibus postulabatur, ut*  
*legatum, a quodam Ioanne Kiniewitz, fabro murario Regiomontano,*  
*consanguineae suae Barbarae Ławrynowicz testamento relictum, eidem*  
*Barbarae sine mora traderetur, respondet dictum fabrum nullum post se*  
*testamentum reliquisse et bona eius iuxta consuetudinem, antequam lit-*  
*terae regiae advenissent, divisa et distributa esse.*  
(Latine)  
Cfr. El. XXX, N. 377.  
(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).  
Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 530-531.

N. 3056.

E Regio Monte, 1.XI.1547.

*Albertus dux in Prussia*  
*Stanislaw Tęczyński, capitaneo Lublinensi et Belsensi,*  
*Hieronymum Lachowski mandata eius probe exsecutum esse significat et*  
*rogat, ut ea, quae responsi loco relaturus sit, sincero animo excipiat.*  
(Latine)  
Cfr. El. XXXVII, N. 1040.  
(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).  
Ostpr. Fol., vol. 53, f. 532.

E Regio Monte, 6.XI.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Andreae a Górką, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo,  
nuntium in Germaniam mittens, eum per eundem salutat; quae in Comitiis  
Imperii acta sint, sibi nondum constare nuntiat; rogat, ut nova, si quae  
scitu digna habeat, sibi perscribat et causam suam in Comitiis Regni pro-  
moveat.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 532-533.

E Regio Monte, 8.XI.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori  
Comitiorum Petricoviensium felicem successum et exitum exoptat et rogat, ut  
in eisdem Comitiis dignitatis suae et privilegiorum rationem habeat; Vol-  
marum a Kunheim commendat.*

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 535-537.

Ad Regem Poloniae Iuniorem, VIII Novembris.

Petit, ut suaे dignitatis rationem in Comitiis habeat et privilegiorum.  
Volmarus a Kunheim commendatur postremo.

Serenissime Rex etc.

Iucundissimae mihi S. Regiae Vestrae Maiestatis literae fuerunt, quod  
Regiae Vestrae Maiestatis animum erga me eundem adhuc esse, qui  
unquam fuit, declararent. Nihil enim aliud tam diligens salutatio omnis-  
que boni precatio sibi velle videtur, quam Regiae Vestrae Maiestatis clem-  
entissimam erga me et amicam voluntatem esse. Quam ob rem parem  
Vestrae Regiae Maiestati vel maiorem etiam felicitatem deditissime precor  
Deumque oro, ut imperium Vestrae Regiae Maiestatis clementissimum  
diuturnum esse queat. S. Regiam Vestram Maiestatem Pietrkoviam ad  
Comitia de rebus, quae ad publicam utilitatem spectant, cum patre Regiae  
Vestrae Maiestatis Serenissimo deliberandi gratia ituram, non mihi mini-  
mam spem attulit fore, ut pro regia vestra prudentia aequitatisque studio  
melius ac facilius omnia transigerentur. Velim igitur, ut S. Regia Vestra  
Maiestas omnia paratissima inveniat eique cuncta, quae ad Respublicas  
conservandas pertinent, optime et pro voto succedant, simulque rogo S.  
Regiam Vestram Maiestatem summo studio, ut Regia Vestra Maiestas in  
meis negotiis dignitatis et privilegiorum meorum confirmatorum rationem  
clementissime habere, dignetur, ne quicquam mihi vel autoritatis vel util-  
itatis decedat. Quamvis autem S. Regiam Vestram Maiestatem id ultro  
facturam non diffiderem, volui tamen in animi mei deditissimi significatio-  
nen Regiam Vestram Maiestatem officiosissime admonere.

Postremo Regiae Vestrae Maiestati Volmarum a Kunheim, qui iam ante Vestrae Regiae Maiestatis in eo, quod Regia Vestra Maiestas eum cubiculo suo praeficere dignata est, clementiam expertus est, commendatissimum esse cupio. Movebunt enim Regiam Vestram Maiestatem patris praestantia, cuius eum spero vestigiis aliquando posse insistere, cum id aetas, variarum rerum experientia edocta, patietur, et ipsius Volmari studium Regiae Vestrae Maiestati prae omnibus aliis inserviendi promptissimum. Sicubi in simili causa Regiae Vestrae Maiestati gratificari potero, faciam id libertissime. Deus omnipotens S. Regiam Vestram Maiestatem, cui me meaque omnia committo, salvum et incolumem ad nominis sui gloriam et tranquillum rerum publicarum statum ducat et reducat. Datae Regio Monte.

Relatio Cancellarii  
Princeps audivit legere.

N. 3059.

*E Regio Monte, 8.XI.1547.*

*Albertus dux in Prussia  
episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski]  
instructionem, Stanislao Łaski, legato regio ad imperatorem nominato, datam,  
sibi placere nuntiat; non solum sibi, sed etiam aliis consultum videri  
significat, ut et Achatius Czema ad Comitia Augustana proficiscatur.  
Cfr. El. XXXVII, N. 1047.  
(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).  
Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 533-535.*

Episcopo Cracoviensi, VIII Novembbris.

Sibi instructionem, Stanislao Lasky datam, placere. Item aliis etiam consultum videri, ut Achatius a Czema ad Comitia proficiscatur, significat.

Literas Reverendae Paternitatis Vestrae priores legimus, quas Stanislaus Coski<sup>1)</sup> ad nos perferri curavit. Instructionem autem, quam scribebat iis adiunctam esse, non accepimus, sed a puero nostro una cum R. Paternitatis Vestrae scriptis posterioribus exemplar primo nobis redditum est. Apparet autem ex eo, quod videndi eius nobis copiam fecerit nostrique summa diligentia mentionem fieri curaverit, quam nobis bene semper voluerit R. Vestra Paternitas. Neque nos quicquam videmus praetermissum esse, quod huic negotio exponente aliquid momenti afferre posset. Quod vero ad Magnificum Dominum Palatinum Siradiensem<sup>2)</sup> attinet, in eo videtur nobis, non quod peritiam Magnificentiae Suae deesse arbitremur, non nihil impedimenti futurum. Eo enim ipso propemodum tempore, quo Paternitatis Vestrae scripta legeremus, a quibusdam, de quorum erga nos voluntate non ambigimus et qui nobis necessitudine coniuncti sunt, hominibus, admoniti sumus parum admodum Magnificum Dominum Palatinum effecturum. Non enim apud Caesaream Maiestatem<sup>3)</sup> rem tantum agi oportere, verum etiam statuum ordinumque Imperii opera, intercessione, communicatis colloquiis et consiliis utendum esse. Eos autem, quod

dictum Palatinum non bene, aut non eo certe modo cognoverint, ut id sine omni suspicione fieri possit, exiguum ipsi in credendis praesertim rebus paulo secretioribus fidem habituros. Novit enim R. Vestra Paternitas, quam sit caute agendum, nec cuivis ignoto, quantumcumque valeat, propter periculorum metum mortaliumque mobilitatem animi sententiam aperiendam<sup>a)</sup> esse. Quam ob rem consultius ipsis visum est, ut Magnificus Dominus Achatius Zceme, cui ob notitiam magis credituri essent, quem domum versus iter facere accepimus, Augustam ad Comitia cum instruzione regrediendi mandatum a S. Regia Maiestate, quam posset fieri citissime, acciperet. Quod si fieret, propter eius autoritatem, constantiam et fidem, quae cum antea in multis perspecta sit, facile suspicione careret, plurimum promotum iri. Sin aliter, quod hercle non sine maximo dolore ferremus, nihil aut parum S. Regiam Maiestatem impetraturam, suspicitionem enim omnem in promovendis rebus sedulitatem impedire. Hoc consilium cum non inutile aut aspernandum duceremus, R. Vestrae Paternitati, cui salutem nostram curae esse certo scimus, quaeque non difficulter, modo nostra aliquid interesse iudicaverit, S. Regiae Maiestati hoc persuadebit, significare eique liberam de eo, pro sua prudentia, sententiam relinquare voluimus. Deus aeternus R. Vestram Paternitatem incolumem diu servet. Datae Regio Monte.

Relatio Cancellariae  
idem audivit legere.

a) *in ms. aperiendum*

1) Stanislaus Kostka, palatinus Pomeraniae?

2) Stanislaus Łaski.

3) Carolus V.

N. 3060.

E Regio Monte, 8.XI.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,  
litteras eius, 24.X. datas, de regis iunioris Petricoviam profectione nuntiantes,  
se accepisse significat; faustum iter regi precatur et bonum Comitiorum  
exitum exoptat; pro novis gratias agit et porro sibi scribi petit; rogat, ut  
iuvensis Kunheim in aula regia curam suscipiat.*

(Germanice)

Cfr. El. XXXVII, N. 53.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 411v-412v.

N. 3061.

E Regio Monte, 15.XI.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori  
de magistri Ordinis Theutonicorum consilio Prussiam bello persecundi et de*

*magna pecuniae summa ab imperatore ei promissa; de Ioannis marchionis Brandenburgensis, Henrici ducis Brunsvicensis et magistri Ordinis contra regem Sueciae inita conspiratione.*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 546-548.*

Ad Regem Poloniae Iuniorem, 15 Novembris.  
Nova ad Prussiam spectantia.

Cum Sacrae Regiae Vestrae Maiestatis servitor Volmarus a Kunheim a me discessurus esset, et sub ipsam propemodum valedictionem haec nova et amicae praemonitiones ad me allatae sunt. Certum esse Teutonici Ordinis Magnum Magistrum<sup>1)</sup> Prussiam bello persequendi animo esse, et ad primum quenquam motum iam multos, qui sua signa sequantur, in promptu habere; magnam etiam pecuniae summam a Caesarea Maiestate<sup>2)</sup> promissam esse, neque varias ei invadendi rationes et consilia deesse. Quamobrem nuntium peculiarem, quo rem penitus perspicerem, in eum, unde haec allata sunt locum, mittendum duxi. Quam primum inde responsum habuero, Vestrae Regiae Maiestati communicabo.

Ex aliis autem literis accepi Ioannem Marchionem Brandenburgensem etc., Henricum Ducem Brunsvicensem et Teutonici Ordinis Magistrum ad hunc modum conspirasse, ut novo vere proximo Regi Suetiae<sup>3)</sup> triplici ordine tribusque locis, primo per Norvegiam, secundo per Daciam, tertio per Livoniam, in Vinlandiae perniciem armis negotium facesserent; confectis pro animi sui sententia rebus omnibus, Prussiae tandem periculum fore. Volui autem ea in praesentia Regiae Vestrae Maiestati exponere eas ob causas potissimum, et quod commune malum terrisque Regiae Vestrae Maiestatis non minus quam mihi nociturn arbitrarer, cum milites ex Vinlandia recedentes Vestrae Maiestatis Regiae ditionem, antequam hoc pervenirent, non sine maximo subditorum detimento transirent, et ut Regia Vestra Maiestas in Comitiis futuris de toto negotio deliberandi, quidve optimum factu sit, consultandi studium non intermitteret. Ut enim ista non levia sunt, nec ab uno homine excogitata, ita multorum quoque prudentum, ad Respublicas in suo statu conservandas, consiliis pellenda evitandaque iudico. Ego quidem, quantum in me est, nihil quod ad rem pertinebit, praetermittam. Commando Regiam Vestram Maiestatem Deo omnipotenti et rogo, ut Regia Vestra Maiestas me regia sua clementia complecti velit. Datum Regio Monte.

Relatio Cancellarii  
Princeps [et] Cancellarius audiverunt.

1) *Wolfgangus Schutzbar.*

2) *Carolus V.*

3) *Gustavus I Wasa.*

N. 3062.

*E Regio Monte, 16.XI.1547.*

*Albertus dux in Prussia  
regi Galliae [Henrico II]*

*pro Bernardo Buthner, Caspare Poel, Luca Stoltzenberg et Ioanne a Pölken,  
civibus Regiomontanis, intercedit et rogat, ut navis, eis una cum merci-  
bus a militibus Gallicis erepta, ipsis restituatur.  
(Latine)  
Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 537-538.*

N. 3063.

E Regio Monte, 16.XI.1547.

*Albertus dux in Prussia  
regi Galliae [Henrico II]  
quod Georgius Reckroth, servitor regius, a se humaniter acceptus sit, gratia-  
rum actione ad se opus non fuisse asserit.  
Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 538-539.*

N. 3064.

E Regio Monte, 16.XI.1547.

*Albertus dux in Prussia  
episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski]  
pro Cherubino Kosmaczewski, ut bona sua hereditaria, quae sibi erepta sunt  
et a palatino Plocensi [Felice Srzeński] possidentur, recuperare possit.  
(Sub textu: Mutatis mutandis Comiti a Tharnau, Comiti a Gorckau,  
Gabrieli Terla).  
(Latine)  
Ostpr. Fol. vol. 53, f. 555.*

N. 3065.

E Regio Monte, 18.XI.1547.

*Albertus dux in Prussia  
Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori  
rogat, ut liceat sibi in loco circa districtum Jurgenburgensem et Ragnetensem  
sito, de quo adhuc controversia est, aliquot arbores incidere, ex quibus sex  
mali nautici confici et regi Daniae [Christiano III] mitti possint.  
(Latine)  
Cfr. El. XXX, N. 401.  
(Adest conc. Lat. HBA, B, K. 1170).  
Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 539-540.*

N. 3066

E Regio Monte, 18.XI.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Bernardo Pohibel*

*de sex malis nauticis, a rege Daniae [Christiano III] expeditis, se ad regem et  
ad Gabrielem Tarlo scripsisse nuntiat et responsum regium exspectare.*

*(Germanice)*

*(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1170).*

*Ostpr. Fol., vol. 44, f. 413.*

N. 3067

E Regio Monte, 18.XI.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,*

*de sex malis nauticis, a rege Daniae [Christiano III] postulatis, se iam regi  
scripsisse et clemens regium responsum exspectare nuntiat; rogat tamen,  
ut et ipse pro viribus hoc negotium apud regem promovere studeat.*

*(Germanice)*

*(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1170).*

*Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 413-413v.*

N. 3068.

E Regio Monte, 21.XI.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, exercituum R.P. capitaneo,  
iterum rogat, ut libros de rebus Pruthenicis, in Cancellaria regia nunc recon-  
ditos, saltem videre sibi liceat, et ut negotia sua et Alberti iunioris, mar-  
chionis Brandenburgensis, in Comitiis Regni promovere conetur.*

*Cfr. El. XXXVII, N. 1041.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 540-543.*

Comiti in Tharnaw, Castellano Cracoviensi, XXI Novembbris.

Petit, ut det operam, quo libros de rebus Brutenicis videndi copiam  
nanciscatur. Item ut negotia sua in Comitiis commendata habeat.

Illustris, Magnifice ac Generose etc.

Accepimus Illustritatis Vestrae excusationem, quominus nobis commu-  
nicatione librorum de rebus Prutenicis agentium gratificari possit, quod  
nihil eorum ad se ex morte Magnifici foelicis memoriae Christophori a  
Schidlowitz obvenisse asserit. Qua in re nihilominus gratum nobis fuit Illu-  
stritatis Vestrae studium. Quemadmodum enim edocti fuimus, ita et Illu-

stritatem Vestram in eo amice sollicitandam duximus. Quoniam autem inter reliqua regiae Cancellariae regesta eius generis monumenta recondita esse Illustritas Vestra existimat, amice ac fraterne eandem petimus, sicubi commoda occasione oblata nostri apud Dominum Cancellarium eius rei nomine meminisse poterit, dignetur sua opera (quantum eidem integrum) in id incumbere, ut visendi tantum eorum librorum copia nobis detur. Nos salvos, illaesos et integros, quemadmodum ad nos perferentur, bona fine restituendos curabimus. Quidquid hac in re Illustritas Vestra nobis benevolentiae exhibuerit, quidve obtinere poterit, amice ac fraterne petimus nobis significari.

Praeterea Illustratatem Vestram celare non possumus cognovisse nos Sacram Regiam Maiestatem Iuniorem, Dominum et consobrinum nostrum clementissimum, ad Regni Comitia celebranda itineri iam accinctum ac ab inclito Regni Senatu unanimi consensu eo vocatum esse, quare nihil audit nobis fuit gratius, summis Deum Optimum Maximum precibus flagitantes, ut ea profectio S. Regiae Maiestati sit fortunata et prospera, utque divina favente gratia id sanctis statuatur consiliis, quod p[re]caeteris ad honorem Altissimi amplificandum ac salutare Reipublicae incrementum spectare videbitur, utque non tam ea Comitia inclytiae Coronae Poloniae, quam eiusdem incorporatis provinciis et populis sint salutifera. Cum autem credibile sit fore, ut tam nostra, quam Illustris Principis et Domini Alberti Iunioris, Marchionis Brandenburgensis etc., nepotis nostri charissimi, negotia inter caetera quoque in deliberationem et tractationem sint ventura, pro ea, quae nobis hactenus cum Illustritate Vestra intercessit coniunctio et amicitia, fraterne eandem petimus, ut nostram dictique nepotis nostri caussam veteri suo gratificandi nobis studio et favori etiam atque etiam commendatam habeat idque, quantum poterit, caveat, ne quod privilegiis nostris inferatur praeiudicium aut gravamen, sed ut salvo eorum iure quiete et pacifice potius gaudere, quam contrarium dolenter ferre possumus. Praecipue autem, si quid, quemadmodum ad nos perlatum est, de prohibitione monetae nostrae iterum laborari contigerit, cuius multiplicatio, ut maxime Coronae Poloniae officere ac detrimentosa esse putatur, ita nos pro captu rationis nostrae id damni, si quod est, non accipimus; porro et is iam status est officinae nostrae monetariae, ut in ea quatuor vix foveantur operarii, quos non signandae monetae gratia reservavimus, sed ut in hac mundi corruptione, cum eius artis periti, ut Illustritas Vestra probe novit, rari sint, si quando eorum opera indigere videremur, prae manibus et in promptu essent; ad haec si quid interim monetae cuditur, quod ut rarum, ita non nisi argenteae est, id minime eius damni insimulari posse putamus, nec esse cur multiplicari iam aut detimento esse culpetur; quare Illustratatem Vestram, de cuius erga nos favore et negotiorum fideli promotione nihil in dubium vocamus, amice ac fraterne iterum rogatam facimus, dignetur cum necessariis suis, et quibuscum fida est ei amicitia, nostri nomine id agere, ut salvo hoc iure et privilegio uti possimus, neve quid gravius erga nos, uti Coronae Poloniae incorporatum membrum, attentetur. Quo studio et diligentia Illustritas Vestra animum nostrum, alioqui sibi devinctum, devinctissimum reddere conabitur. Nec praetermittimus, quin id erga Illustratatem Vestram aliosque sincere nobis faventes non tam verbis, quam re ipsa quovis tempore promereamur. Cupimus Illustratatem Vestram protectione Altissimi diutissime salvam et in columem conservari. Datum Regio Monte.

Cancellarius retulit.  
Princeps audivit.  
Andreas Mönzer.

E Regio Monte, 21.XI.1547.

*Albertus dux in Prussia  
episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski]  
litteras Ioachimi marchionis Brandenburgensis mittit, quibus iterum regi per-  
suaderi petit, ut Achatius Czema ad Comitia Augustana mittatur aut, si id  
fieri non potuerit, Stanislao Łaski, iam Augustae agenti, mandetur, ut  
ante omnia ordinibus Imperii rem totam exponat.  
(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).  
Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 543-544.*

**Episcopo Cracoviensi, XXI Novembris.**

Transmittit has Ioachimi Marchionis Brandenburgensis, quibus sua-  
det, ut Achatius Czema ad Comitia mittatur.

Antea significavimus R. Paternitati Vestrae ea, quae ad nos perscripta  
fuerunt de Magnifico Domino Siradiensi<sup>1)</sup>. Iam autem mittimus Vestrae R.  
Paternitati etiam literas Illustrissimi Marchionis Brandenburgensis, con-  
sanguinei et fratribus nostri charissimi, inclusas, ex quibus colliget non unius  
tantum, verum etiam consilium fuisse omnium magnorum hominum, qui  
nobis et S. Regiae Maiestati optime volunt. Placuit enim Illustrissimo Prin-  
cipi etc. et reliquis, ut Magnificus Dominus Achatius a Zcema propter noti-  
tiam et fidem, quae omnibus perspecta est, ad Comitia mitteretur. Etenim  
non hanc caussam tantum apud Caesaream Maiestatem<sup>2)</sup> agendam esse,  
verum etiam totius Imperii ordines sollicitandos esse censuerunt. Quibus  
cum bene notus sit Magnificus Dominus Achatius a Zcema, plurimum pro-  
motum iri sperant.

Quam ob rem nos etiam petimus, ut R. Vestra Paternitas Sacrae  
Regiae Maiestati hoc persuadeat, ut Magnificus Dominus Achatius a Zcema  
remittatur, aut si hoc fieri nullo modo potuerit, ut mature saltem Magnifi-  
co Domino Palatino Siradiensi, iam Augustae agenti, significetur, ut ante  
omnia, ordinibus Imperii ad negotium sibi commissum felicius expedien-  
dum totam rem exponat. Quod si fiet, speramus S. Regiam Maiestatem  
multum impetraturam, dabitur enim eo pacto iis omnibus, qui nobis bene  
volunt, maior iuvandi et promovendi occasio.

Dubium etiam nobis est, an id, quod in instructione de Maximiliani  
cum S. Regia Maiestate Seniore contractu Viennae inito continetur, Impe-  
rii ordinibus ob varias, quae inde orirentur cogitationes, exponendum, an  
vero is articulus praetermittendus sit. Quod quidem Vestrae R. Paternitati  
deliberandum relinquimus. His R. Vestram Paternitatem optime valere  
cupimus. Datae Regio Monte etc.

Relatio Cancellarii  
Joh. Wilde.

1) Stanislaus Łaski.

2) Carolus V.

N. 3070.

E Regio Monte, 26.XI.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori et, mutatis mutandis, episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski] et Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi,  
pro Cherubino Kosmaczewski, subdito suo, ut bona sua hereditaria, quae sibi  
erepta sunt et a palatino Plocensi [Felice Srzeński] possidentur, recuperare  
possit.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 544-545.

N. 3071.

E Regio Monte, 27.XI.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarło, vexillifero Sandomiriensi,  
rogat, ut pro Cherubino Kosmaczewski, subdito suo, apud regem iuniorem  
intercedat, quo bona sua hereditaria, quae a palatino Plocensi [Felice  
Srzeński] possidentur, recuperare possit.*

(Germanice)

(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 413v-414.

N. 3072.

E Regio Monte, 12.XII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori  
pro clementia, Ioanni Streckfuss et Thomae Ranisch, civibus Regiomontanis,  
in recuperandis lignis et cineribus in Magno Ducatu arrestatis exhibita,  
gratias agit; rogat, ut similem benevolentiam etiam Iacobo Hedman, civi  
Regiomontano, ostendere velit.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 545-546.

N. 3073.

E Regio Monte, 13.XII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarło, vexillifero Sandomiriensi,  
rogat, ut pro Iacobo Heidemann, cive Regiomontano, apud regem operam*

*interponat, quo – sicut alii eius concives – ligna et cineres, in Magno  
Ducatu arrestatos, recuperare possit.*

(Germanice)

(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 414v-415.

N. 3074.

E Regio Monte, 31.XII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo I regi Poloniae et, mutatis mutandis, Sigismundo Augusto regi  
Poloniae iuniori  
arduis quibusdam in negotiis Ioannem Rauterum et Assuerum Brandt, consi-  
liarios suos, ad regem mittit et rogat, ut eis facilem aditum et indubitatam  
in omnibus fidem praebere velit.*

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 406.

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 549.

N. 3075.

E Regio Monte, 31.XII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori  
pro Ioannis Goliński relicta vidua et eius liberis, contra mariti et patris eorum  
interfectores causam habentibus.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 557.

N. 3076.

E Regio Monte, 31.XII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Bona reginae Poloniae  
per legatos suos, Ioannem Rauterum et Assuerum Brandt, eam salutat et rogat,  
ut eis fidem adhibeat.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 549-550.

N. 3077.

E Regio Monte, 31.XII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Bonae reginae Poloniae*

*Iacobum Świderski, succamerarium Visnensem et notarium reginae, omnia,  
quae ei commissa essent, sibi rettulisse nuntiat talemque responsum acce-  
pissee, quo reginam contentam fore sperat.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 53, f. 556.*

N. 3078.

E Regio Monte, 31.XII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*statibus et ordinibus Regni Poloniae*

*litterae credentiales pro Ioanne Rautero et Assuero Brandt.*

(Sub textu: Episcopo Cracoviensi [*Samueli Maciejowski*], Archiepiscopo  
Gnesensi [*Nicolao Dziergowski*], Episcopo Wladislaviensi [*Andreae  
Zebrzydowski*], Episcopo Posnaniensi [*Benedicto Izdbieński*], Episcopo  
Premisliensi [*Ioanni Dziaduski*], Episcopo Plocensi [*Andreae Noskow-  
ski*], Ioanni Comiti a Tharnau, Castellano Posnaniensi [*Andreae a Górk-  
ka*], Magno Marschalco Kmitha, Ioanni Thantzin).

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1170).

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 551-552.*

# 1548

N. 3079.

*E Regio Monte, 2.I.1548.*

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislaο Łaski, palatino Siradiensi,*

*litteras eius sibi gratas fuisse nuntiat et sperat fore, ut negotia ei a rege commissa feliciter expediantur; laudat eum; quod cum electore et marchione Brandenburgensibus consilia communicaverit, et suadet, ut mandata, quae ipsis nondum patefacta sint, eis exponat; magistri Ordinis minas se non timere nuntiat, dummodo clementiam imperatoris impetrare possit.*

*Cfr. El. XXXVII, N. 1048.*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 569-570.*

Stanislaο de Lasko, 2 Ianuarii.

Consilium eius laudat et hortatur, ut quaecumque a Regia Maiestate in mandatis habet, Electori ac Marchioni Brandenburgensi<sup>1)</sup> exponat etc.

Magnifice ac Generose, Amice ac Frater nobis perchare.

Gratissimae nobis fuerunt literae Vestrae Magnificentiae, quae primo aspectu plurimum nos oblectabant. Intelleximus enim primas quasi lineas eius negotii, quod a S. Regia Maiestate Vestrae Magnificentiae commissum est, ductas esse, nec diffidimus, quin etiam reliqua feliciter a Vestra Magnificentia expediantur, idque partim ob Vestrae Magnificentiae rerum ad hanc rem necessariarum peritiam, partim ob Serenissimi Regis authoritatem, quam Vestra Magnificentia scribit esse summam. Rumores et suspicções, quaecumque tandem illae sint, tanti non erunt, ut eam labefacent, quae tam longa ac matura aetate tanque felici imperii sui administratione invaluit. Prudenter a Vestra Magnificentia factum est in eo, quod Principes, Electores ac Regiam Maiestatem convenientis, quodque consilia cum Electore ac Marchione Brandenburgensibus communicasti. Mandata omnia autem, quae Vestra Magnificentia a Serenissimo Rege accepit, arbitramur nondum eis exposita esse, quod tamen summopere necessarium fuisset. Ut enim apud status ac ordines Romani Imperii intercedere possint, operaे pretium est, ut sciant quoque, de quibus rebus potissimum agendum sit. Quam ob rem, quamvis id iam curatum diligenter a Vestra Magnificentia putemus, tamen si quicquam adhuc praetermissum est, hortamur, ut Vestra Magnificentia nihil omnino eos celet, quod ad rem pertinet. Quod si fiet, speramus praedictos Electorem ac Marchionem Brandenburgenses suam operam ac diligentiam interposituros ac totum negotium, quo etiam ipsi proxime attinguntur, promoturos.

De bello cum Serenissimo Rege nostro suscepto nihil habemus praeterquam id, quod Vestrae Magnificentiae in praesentia verbis expositum est. Hocque satis ei erit in ea causa.

Minae Magistri Teutonici Ordinis<sup>2)</sup> facile erunt irritae, modo Caesariae Maiestatis,<sup>3)</sup> de qua nobis multum pollicemur, clementiam impetremus. Quapropter Deum omnipotentem rogamus, ut Sua Caesaria Maiestas Vestrae Magnificentiae benignissimas aures paebeat et reliqua omnia, de quibus Vestra Magnificentia ad nos perscripsit, ad nominis Dei gloriam et Reipubliace salutem tendant. His valeat Magnificentia Vestra in annos Nestoreos. Datae Regio Monte etc.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii  
Johannes Wille.

1) *Ioachimus II et Ioannes I.*

2) *Wolfgangus Schutzbar.*

3) *Carolus V.*

N. 3080.

*E Regio Monte, 2.I.1548.*

*Albertus dux in Prussia*

*Cornelio Duplichtio Scepero (Cepero)*

*pro benevolentia et studio, per Felicem Polyphemum, servitorem suum, sibi oblati, gratias agit; ministrum suum, quem ad sororem imperatoris mittit, commendat et rogat, ut eum in expediendis negotiis ipsi demandatis adiuvet.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 570-572.*

N. 3081.

*S.I., 2.I.1548.*

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,*  
*felicem annum novum utrius regi, Regni ordinibus, ei et sibi ipsi precatur; de rege omnia consilia sua voluntati divinae commitente gaudet; matrimonium regis iunioris [cum Barbara Radziwill] ad exitum deductum non iri sperat; regem seniorem promissum sibi in negotio matrimonii datum servaturum confidit; regis meliore valetudine oblectatur; pro marscalci Lithuaniae legatione sibi patefacta gratias agit; pro turdis et caseis sibi missis regi gratias agi iubet; pro libris gratias agit et librum consolatorium ei vicissim mittit etc.*

*Cfr. El. XLIII, N. 54.*

*Sigill. Autogr.*

*HBA, B. K. 1170.*

Lieber her Derla.

Das ich bisher auf ewer jungstes schreiben, das gewen zur Wilde montags nach Martini, nicht geantwort, ist aus dem ferpliben, das ich ymerzu in abfertigung diser boten gestanden. Weil sichs aber aus furgefallen ursachen aus dem alten in dises neue iar, das ich von Got dem hern k.mten, allen loblichen stenden der Cronen, euch, mir und allen gluckselig sein wolle, zur selen ere, leib und gut auch ersprislich und zu ewiger und zeitlicher wolfart nuczlich, neben wunschung Gottes gnad und segen bitte, hab ich weiter nit ferzihen, sunder domit ir auch ferstundet, das mir ewer schreiben worden bey zeigern, mit meiner unleslichen hantschrift wider besuchen wollen.

Erstlich bin ich hoch erfrewet gewesen, das euch mein schreiben a datis den 9 Octobris durch iren dinen worden und in eygen handt gestellet. Und nach dem allerley, was ir vor ankunft desselben an mich geschriben gemeldet, wil ich alles, was bereit ferflossen, ubergehen, euch als den mit mer gescheften beladenen mit meinem langen schreiben nit fertrislich machen und nirt waran gelegen gedencken etc. Den ich ferstehe, das ir alles, so notwendich, an k.mt., meinen gnedi[g]sten hern, gelangen lassen. Des ich mich kegen euch gnediglich und gancz hoch thu bedancken. Kegen k.mt. aber zum fordersten auf das dinstlichste, das dyselb aus sunderlichen kuniglichen gnaden und ewerm trewen angeben so in gnaden angehoret und angenumen. Den wie ichs kegen s.k.mt. getrewlichen meine, wil ich Got, der unsser aller richter ist, auch zeugen lassen, und bin sunderlichen erfrewet, das sein mt. durch anrufen gotlicher gnad und barmherczigkeyt ire fornemen alle also in gotlichen willen seczen und wenden, sich, sein landt und leute dermassen Got befelen. Bitte auch neben s.k.mt., das der ewige Got irer k.mt. hercz und gemute anderst nicht, alleindt zu lob und ere seines gotlichen nomens, zu erbreiterung seines alleindt seligmachenden wortes, auch zu aufwachs, erbreiterung und gedeyen s.k.mt. kunigreich, aller landt und leute, gnediglich und vaetterlich kerent wolle, wy er auch one zweifel thun wurdet. Amen.

Ich fermercke auch weiter aus ewerm schreiben, das k.mt. dy bedencken seiner mt. wider ferheyretung halber mein wolmeinen gefallen lassen und auf voriger meinung beharren etc. Derhalben wil ichs auch darbey beruhen lassen und Got bitten, das derselbig s.k.mt. auf disem reichsdag seinen geist und gnad ferleihen wolle, domit alle furschleg s.k.mt. dohin sehen mogen, das erstlich zu erbreiterung Gottes ere, s.k.mt., auch derselben reich, landen und leuten zu ewiger und zeitlicher wolfart gedeyen mogen.

Was aber dy gedachte person belanget, der ir fertrewlichen meldung gethon und mir widerumb vertrewlich mitdeylet, das dy sachen allenthalben nicht anderst, den vorhin mir geschriben, und auch also sein, bin ich hochlichen erfrewet, wil auch solchen und keinen andern stat und glauben gewen, mir auch von keinem, auch durch keine wege mir ein anders zugeschreite furen lassen, den abwol noch heutigs dags so unferholen und von filen durch dy gancze Cron geredet, glaub ich und wil k.mt. wort mer glauben, den allem unnuczen gewesche. Achte auch darvor, so etwas an allem sein sollte, ewer person wurden so einfeltig nit sein, das si nit was mercke und auch hernachmols ein anders als dy warheit ferdeydigte, und sage noch, das ich lieber dot sein wolte, als das ich erfahren solte, das das geschrey war solte sein ader werden etc. Den es auch dy groste plintheit, dy ich ie auf erden erfahren. Do behute Got gnediglich fur. Amen.

Und das ir k.mt. von dem hengst etc. meldung gethon, s.mt. aber sol-

chen bis zur andern bequemern zeit bey mir gnedigst wissen wollen, sol nicht alleint diser bey mir in trewer ferbarung erhalten werden, sunder wil mich weiter befleyssen, domit ich s.k.mt. in dem und anderm dinen moge, und, do Got vor sey, ab mir ein unfal, wywol beschehen kan, widerfure, das ichs mit einem andern wider erstaten moge. Und bedanck mich auf das dinstlichst s.mt. wider gnedig erbitten. Zweifel auch gar nicht, da Got der her fursey, das zu denen geleuften kumen solte, wywol an mich gelanget, wes vorhabens der teusch meister<sup>1)</sup> sey, wy ir auch von meinem gesanten zu erfaren, so werden mich s.k.mt. nicht lassen, den auf solche zeit thuen gute genge ros allerley zu besehen und zu bereiten amb nottigsten.

Weil den k.mt., was mein eigen sach belanget, mit der heirait noch auf irem vorigen schreiben beruhen, des ich mich auch dinstlichen bedancken, hette ich mich wol ferhoffet, s.k.mt. wurden mich mit derselben gnedigem rat, wie ich auch noch hoffe, nicht ferlassen. Den ich in der warheit bey mir gancz irre, wo ich mich hinwenden solle, und so es s.k.mt. nit zuwider, mir ier gnedig gutduncken mitzudeylen, an welchem ort s.mt. fermeynet, do ich anwerfen mochte, wolt ichs umb s.k.mt. in aller unterdenigkeit ferdynen, und sofyl mir ymer muglich, nach s.mt. gnedigem willen richten. Ferhoffe auch und bitte den lieben Got, das ier mt. durch gotlichen segen nicht alleint dis, sunder fyl anders und zu langen zeiten das zu Gottes ere und aller wolfart, s.k.mt. muglich erfahren und sehen moge. Amen.

Hab auch gancz erfrewlich aus ewerm schreiben fernumen, das euch dy trey hantschreiben durch Soweck und alles sambt dem renzeug, so euch zugeschickt und ir doneben vor mir bedacht, entpfangen etc., und nicht weniger erfrewet, das nichts fersewmet. Ist derhalben der dancksagung, nachdem es gar gering, nicht vonnoten, sunder den lieben Got wil ich bitten, das ewer guter wil erfullet, und mich des kegen ewer personn bedanckt haben. Bin auch in statlicher arweit, domit ewer newer renzeug auch gefertigt muge werden.

Das k.mt. nummer, wy ich hore, mit gesuntheit und wolfar[t] ankumen, bin ich herczlich erfrewet, den lieben Got bittende, er wolle durch seinen gotlichen segen s.mt. dis new iar also gluckseligen, domit aller s.mt. hendel ein gluckseligen anfang, mittel und ende erlangen. Amen.

Bin darneben der trostlichen hofnung und zufersicht, wie ich auch sein k.mt. gancz dinstlichen und unterdenig bitte, das mich dyselb, ab es zu krigshendeln gefile, mit gnediger hilff, rad und trost nicht ferlassen wollen noch werden. Bitte auch gancz dinstlich, s.mt. wollen ir meine hendel, geschefte, auch meine ret und diner sambt mir, gnediglichen lassen befolen sein und mein gnediger her und schutzherre in allem erzeigen.

Was nun belanget der<sup>2)</sup> hern littisch grosmarschalk,<sup>2)</sup> du ich euch grosse dancksagung des erofnens. Glaub es und bin mit zufriden und bedanck mich nichts weniger, das ir wider fleis furwenden wolle[t], weil ich dem jungen kurfursten<sup>3)</sup> den wallach etc. hab mussen zustehen lassen, das ir wider fleis furwenden wollet, domit ich mit einem andern fur meinen leib fersorget etc.

K.mt., mein gnedi[g]ster her, thut sich kegen mir und meiner dochter<sup>4)</sup> in gnade bedancken der zugeschickten gromentsfogel und kese etc., welcher dancksagung wir unwirdich, nachdem der dinst nit so gros, und erfrewet uns gancz hochlich, das ier mt. unser geringer 'dinst' so annemlich. Wollen fleis furwenden, das dy kleinen keslein, wen dy zeit wider kumen wurdet, etwas wol fet gemacht. Hette auch s.k.mt. gancz herczlichen gern mer gromantsvogel geschickt; sohatt sider der zeit keine mer gefangen und hat das faul wetter darin den schaden gethon, das der vogel mit solchem

hinwegk jagen. Wil mich aber Got auf andre zeit leben lassen, wil ich mich  
wy der unterdenig diner s.k.mt. ferhalten.

Ich bedanck mich der uberantwortung der pucher. Schicke euch hie-  
mit zwey kleine puchlen, eins an das ort zu antworten, wy ir wisset; das  
ander euch zu einem newen iar. Und sein furbar rechte trostpuchlein, der  
ich auch eins behalten und nicht umb fyl geldes entberen wolte, den es dy  
trostlichsten spruche uns armen sundern, so wir ymer gehaben mogen, und  
sein gar durch einen feinen man an mich ausgangen. Wolt euch gern mer  
geschickt haben, weil ich aber nyt wuste, abs irs auch austheylen dorfdet,  
hab ichs ferhalten. So ir aber das ewer den hern hofmeister<sup>5</sup>, dem ir mei-  
nen gnedigen und freuntlichen willen und dinst samb wunschung eines  
gluckseligen newen iares, lesen wollet lassen, und zeigen er auch ein willen  
darzu, wil ich euch und s.h. mer schicken etc. Bitte auch, ir wolt s.h. mich,  
meine hendel und rete befelen und von meinentwegen bitten, s.h. wolten si  
helfen fordern und mein bestes allenthalben wissen. Das bitte ich auch  
euch als den besunder fertrauten etc.

Ich wil auch m.g.h. das geschucz gern abcontorfeden lassen, sopald es  
ymer muglich, und dyweil ich mercke, das ir mt. mit solchen hendeln gern  
umbgehen, bedencke ich bey mir, das s.k.mt. geraten, si bekome einen  
guten gisser, den si sein nit alle gleich alswol als dy koche; so s.k.mt. ich  
nun zu gefallen thet, ferhoffet, ich wolt seiner k.mt. den gisser, der vor  
mein mir gewest, zu wegen pringen umb ein muglichs. Der furwar so ein  
guter, reiner gisser und auch ein guter schucz ist, als s.mt. einen finden  
werden, auch habt ir gesehen, wy reincklich er mir gossen, wens auch ein  
goltschmid gethon hette.

Doneben wil ich euch auch mit pergen, das ich gar ein feinen compo-  
nisten bey mir hab, der grosser hern contor und componist gewest; kan gut  
welsch und francosisch, auch muglich latein und dy niderlendische teut-  
sche sprach, ist auch sunst kurczweilich und, wy man sagt, halb ein halb  
ander, aber nurt ser ein feiner musicus, hat mir auch ein mes gemacht und  
sunst fyl gutes gesangs. So k.mt. ein willen zu ime, wolt ich in s.mt. zuwei-  
sen. Ist auch ser gut, dy knaben anzurichtten.

Als ir aber schreibet, wy ir zu Got hoffet, er werde zur gluckseligen zeit  
und stunde gewen, das ir mich zu Petrikaw sehen werdet, do ir den euch  
weiter allerley fertrewlicher mainung mit mir unterreden werdet, habet ir  
zu ermessen, das mir gezimen wille, des weisen mans spruch zu volgen, der  
spricht: du solst dich in keinen rat tringen, darzu du nit erfordert wurdest.  
Ane das wolt ich mich herczlichen und gern, so es nurt muglich were, aller-  
ley unterreden und wolt recht gern, das wir nurt einen dag, wo es ia nit  
lenger sein solde, beyeinander weren, den ich fyl mit euch zu reden etc.

Lieber freunt Derle, ir habt oben, wes ich bitte, so muglich, das k.mt.  
mir raten wolle. Nun bedencke ich bey mir, abs fyleicht k.mt. zu raten  
schein truge, das ir mir zu dinst und besten mit k.mt. fur euch selbst ein-  
lisset zu fragen, ab ir bey s.k.mt. erfahren kunte, wo s.k.mt. deuchte, do es  
mir am gelegesten und nuczten sein wolte, wider zu ferehelichen. Bitte  
hirumb, ir wolt euch solches nicht besweren, mir dinen und auch raten.  
Das wil ich euch hinwider in allen gnaden beschulden.

Ich hab auch ewer kegen meiner lieben dochter nit fergessen, dy sich,  
das ir euch fertrewlich ir befelet, gancz hochlich in gnaden dut bedancken,  
entbeut euch iren gnedigen grus und ein gluckseliges newes iar und lest  
euch sagen, das ir in irem getrewen befelich seyet; bittedit auch, ir wolt si  
euch auch in trewen, als nun ein mutterlose, befolen sein lassen. Was ich  
euch auch alwegen zu gnedigem gefallen mich erzeigen kan und solle. Hab

ir mich in vorigem gnedigem erbiten. Befele euch hiemit dem lieben Got,  
der wolle euch auch vor allem ubel behutten und ewige und zeitliche wol-  
fart ferleihen. Amen. Datis in eyle den 2 dag Ianuarii anno 1548.

Albrecht margraff, in Preussen etc. herczog etc.

*In dorso alia manu:* Dem edeln und ernvesten Gabrieln Therlaw, junger  
k.mt. zu Polan vorschneydern und heuptman uff Chelm, unserm besondern  
lieben etc.

- 1) *Wolfgangus Schutzbar.*
- 2) *Nicolaus Radziwill.*
- 3) *Ioannes Georgius, filius Ioachimi II electoris Brandenburgensis.*
- 4) *Anna Sophia.*
- 5) *Petrus Zborowski.*

*N. 3082.*

*E Regio Monte, 9.I.1548.*

*Albertus dux in Prussia*

*Bernardo Pohibel*

*pro litteris et articulis Latinis et Polonicis, in Comitiis propositis, sibi trans-  
missis, gratias agit; sententias ceterorum procerum in Comitiis prolatas  
sibi significari petit.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, f. 1.*

An Bernt Pohibeln, den 9 January anno etc. 48.

Ersamer, lieber, getreuer.

Wir haben dein schreiben zu Peterkaw, sonabendts fur Circumcisionis  
Domini ausgangen, neben den uberschickten lateinischen und polnischen  
artikeln, welche daselbst publice uffm reichstag verhandelt werden,  
bekommen. Thun uns des gegen deiner person in gnaden bedancken, dann  
uns daran zu sonderm gefallen geschehen. Begeren auch hiemit ahn dich  
gnediglich, du wollest ferner deinen besten vleis furwenden, damit du der  
andern herrn meinung und sentenz, die sie in gemeiner versamlung von  
sich geredet, dermassen, wie die itzigen in schrift gefasset bekommen  
mogest, und uns dieselben hernacher auch zuschicken. Daran geschicht uns  
von dir zu gnedigem, dancknemenden gefallen. Datum Konigsberg etc.

*Relatio cancellarii.*

Constantinus.

*N. 3083.*

*E Regio Monte, 11.I.1548.*

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,*

*litteras eius de incerto exitu Comitiorum se accepisse nuntiat; sperat tamen  
fore, ut pax et tranquillitas in Regno Poloniae et in terris ei incorporatis*

*conservetur; pro missis articulis Polonice scriptis, a proceribus regi portrectis, gratias agit; nova sibi scribi petit; libros promissos mittit.*

(*Schedula: se excusat, quod manu propria non scripserit*).

(*Germanice*)

*Cfr. El. XLIII, N. 56..*

(*Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1171*).

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 1-2v.*

N. 3084.

*E Regio Monte, 13.I.1548.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo I regi Poloniae*

*pro Alexandro Kurtzbach, subdito suo, intercedit et rogat, ut exsecutoribus testamenti Andreeae Krzycki [a. 1537 defuncti] iterum mandare velit, quo debitost ei 300 aureos, quos archiepiscopus morte praeventus solvere non potuit, ipsi reddere velint.*

(*Latine*)

(*Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172*).

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 572-573.*

N. 3085.

*E Regio Monte, 7.I.1548.*

*Albertus dux in Prussia*

*Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, Samogitia capitaneo, per filii sui paedagogum, istuc proficiscentem, eum salutat et de eodem filio eius scribit: "valet is quidem satis recte studioseque et linguam Germanicam et alias bonas artes pro captu ingeniali sui discit".*

(*Latine*)

(*Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172*).

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 573-574.*

N. 3086.

*Tilsae, 22.I.1548.*

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi, iterum de excidendis arboribus, ad malos nauticos aptis, regi Daniae [Christiano III] mittendis.*

(*Germanice*)

(*Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1171*).

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 4-4v.*

Insterburgi, 25.I.1548.

*Albertus dux in Prussia**Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,*

*de terris Prussiae a rege seniore regi iuniori traditis gaudet et faustum ac longum regimen ei exoptat; sperat fore, ut rex iunior cum digna quadam et sibi pari reginula matrimonio iungatur; eidem regi iuniori felix iter Sandomiriam [ad nuptias Nicolai Radziwitt] et faustum Vilnam redditum precatur; de castellani Calissiensis in Turciam legatione accuratius edoceri cupit etc.*

*Autogr.**HBA, B, K. 1170.*

Edler und erntfester, fylgeliebter lieber her Derla.

Ich hab hie, do ich dem itzigen geschrey nach allerley zu besichtigen mich nach Rangnet begewen, zwey ewer schreiben, das erste am abent Trium Regum, das ander paldt darnach zugleit bekumen. Befinde in dem leczern dy ursach, warumb der erste verzogen, weil den im leczern das befunden, dardurch ich wirdich gescheczet, das er am ersten beantwortdet. So thu ich den ewigen Got loben und dancken seiner grossen gnade, das er mich nun in meinem abgehenden alter in gnaden vaetterlich sehen lesset dy vatterliche liebe, so er zu junger k.mt., meinem allergnedigsten hern, hat, und das s.k.mt. durch seine gnad und das gotlich mittel, dy alte k.mt., meinen gnedigsten hern und lieben vatter, s.mt. dy lande Preussen ubergewen. Bin solcher gotlichen gnaden und gute von alter der jungen k.mt. gewen herczlichen und zumb hogsten erfrewet und wunsche derselbigen k.mt., m.g.h., von dem lieben Got fyl glucks, heils, gotliche gnad und ewigen segen, das auch s.k.mt. zu langen zeiten in gesuntheit und wolfart alle ire alswol dise landt zu erbreiterung Gottes ere und wortes seliglich zu s.mt. rum und ewigen preis wol regiren moge zu aufwachs<sup>a</sup>) und wolfart derselben. Bin auch hoch erfrewet, das sich s.k.mt. zu mir, irem armen diner und plutfreunt, so gnediglich des<sup>z</sup>) ewerm schreiben nach der versihet, und wil zu dem lieben Got hoffen, weil dy alt k.mt. ir noch furbehalten dy dingnitet, appellation und rete, daraus denn scheinet, wy das ander schreiben auch mitpringet, das man in allen auch dy hant in disen landen, sowol als der Kron, mithaben wil, sein k.mt. werden erachten, wo dis vorbehalten, das ein zwispeltig regement volgen wurde, was s.mt. recht wurde herwider vom andern theil widersprochen werden.

Sehe auch k.mt. dy dingnidet und embter zu seczen nit volgen, wurde s.mt. halber her sein und das ander theil dy leut s.mt. hiemit abzihen und im anhengich machen, dardurch s.mt. mer vergleinerung als gehorsam volgen mochte, wy man pflegt zu sagen: wer mir nit gewen, kan mir auch nit schaden. Hirumb rate ich getrewlich, s.mt. thrachte und du, wie er kan, das s.mt. dy dingnidet, appellation und besezung der embter erlange und erhalte, den er wurdet auch den landen selbst nachdeylich sein und s.mt. zum hogsten vergleinlich. Wil auch zu dem lieben Got hoffen, wie ich auch bitte s.mt., der das ein gewen, wol das ander auch gnediglichen ervolgen lassen, und wil mit freuden s.mt. gluckseligen durchzug, den ich bitte, das er glucklich und selig sey, verhoffen und erwarten. Getroste mich genczlich zu s.mt., weil dyselb selbst wissen, das ich einen solchen grossen hern dem genug zu thun fyl zu unfermogent, s.mt. sambt irem hofgesindt mit des armen haus vermogen in dem seinen fur gut nemen, und bitte Got, er wol

in das mittel dises kuniglichen reichstags bringen und s.mt. hercz entzunden, domit sich s.k.mt. verehele mit einer loblichen s.mt. gleichpurtigen kunigin und gemahel. Was ich s.k.mt. mit meinen armen dinsten gedinen und gewegen pringen werde kunnen, do werden mich ire mt. iren willigen erfinden, wywol mein rat glein und nichts ist, doch sol an mir nichts erwinden. Doch werden sich fyl umb dy narrenkappen reissen und danck erstechen wollen ynen freundt machen. Ich hoff aber, k.mt. werde mir sopaldt ein stuck der eren als andern irer mt. zugun gunnen.

Wunsche auch k.mt. auf derz) zug ken Sandomir und wider nach der Wilde gluck und heil. Das aber auf dem lantag nichts besunders ausgericht, sunder etc. so lang practiciret, das dy Masa zun dagen bekumen und weiter, wy man herkumen, wider heimbzihen wurdet, den man des gesinnet, ehe man den gewalt ubergewen, lieber zu sterben; warumb es auch dise zeit bey dem vornemen pleiben mussen etc., ist warlich zu erbarmen. Es ist aber Gottes verhengnus. Darumb wil er auch umb pessierung gebeten sein, dy zeit erwartdet und mit gedult getragen, der wurt alles wider zum pesten schicken. Sunderlich aber, weil er durch seine gnad und erbarmung so weit gefuget, das durch das scharpf unterreden aller der gewogesten stende in beisein s.k.mt. mit den hern pischofen so weit gebracht, das das wort zu predigen frey zugelassen. Darfur ich dem ewigen Got in ewigkeit danck sage und wir alle numermer Got genungsamb verdanken kunnen. So wil nun k.mt. gepuren, das auch mit fleis solches anneme, fleissig hore, behalte und gut beyspil gewe, auch das einsehen habe, das gut eintrechting kirchenordnung gemacht und nit ein ieder predige, was im trewme, domit nit secten und rotten einwurzeln, sunder Gottes ere und der selein seligkeit erhalten.

Das dy boten vom keyser<sup>1)</sup> noch nit einkumen und ich verstrostdet, was si pringen werden, das ichs erfahren solle, bedanke ich mich gancz hochlich. Das ir euch auch wol vermuten, das ich zu euch kumen het sollen, wi ir aber spuret, auf dismolt nichts daraus werde, wem es aber zuzuschreiben etc., befele ich dem lieben Got und wolt herczlich gern einmol mit euch reden.

Day dy hern von Danczig nummer ankumen, wunsche und bitte ich, das si gluckselig seyz<sup>2)</sup> und dy frumen Preussen ire sachen durch gotliche verleihung wol ausrichten mogen. Hoffe auch, das meine gesanten nun bey euch etc.

Ab der grosse zol zu Bosen und andern orten nicht gar abgepracht, doch gemessiget, achdet ich, es solt gemeinem nucz zu grossem frumen, k. alter und junger mten zu sunderm lob und ewigen preis und danck gereichen und bey Got fyl gnade gewen, den niemand es glaubet, was das gemeyn geschrey kegen himel ausrichdet, und bitte, ist es muglich zu wissen, last mich wissen, was dy legation in dy Turkey sey. Wunsche auch meinem guten freundt, dem hern castellan von Kalysch<sup>2)</sup>, gluck und heil zu solchem zug, ein gesunte und gluckliche hin und widerfart, auch gute ausrichtung der hendel, und bitte, wolt in von meinentwegen ser grussen. Befele euch und uns alle hiemit dem lieben Got und bitte, wolt mit meinen eylen und unleslichen hantschrift fur gut nemen. Datis in eyle Insterpurgk den 25 Januarii in mitternach<sup>2)</sup> anno 1548.

Albrecht marggraff und herczog etc.

a) in ms. aufwasch

b) sic in ms.

z) sic in ms.

1) Carolus V.

2) Martinus Zborowski.

E Regio Monte, 30.I.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, M.D.L. mariscalco,*

*de felici eius domum reditu et negotiis ipsi a rege commissis feliciter expeditis  
gratulatur; de ordinum Imperii animis a se non alienis gaudet; benevolae  
eius erga se voluntatis repetita declaratione plurimum se oblectatum esse  
significat.*

(*Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 579-580.*

Ad Nicolaum Radziwill, Archimarschalcum<sup>a)</sup>, XXX Ianuarii.

Cui sribit gratum sibi esse, quod negotia regia feliciter confecerit in  
legatione; item quod eam Imperii Romani ordinum erga se voluntatem  
cognoscat. Postremo promittit suam gratitudinem.

Gratulamur Vestrae Illustrati summopere, et quod ea salva domum  
redierit et negotia sibi a S. Regia Maiestate, Domino nostro clementissimo,  
data feliciter expedierit, nec diffidimus, quin etiam in reliquis rebus Dei  
Optimi Maximi clementiam nostrorumque Dominorum ac amicorum bene-  
volentiam simus perspecturi; ordinumque Imperii animos a nobis non alienos  
esse, quemadmodum Vestra Illustritas sribit, id plurimum nos consol-  
latur, et Vestrae Illustrati pro ea significatione maximas gratias agimus,  
quas ei praesentes forte haberemus, nisi infortunium quoddam nobis Comiti-  
tia paeclusisset. Quare Deo omnia committimus. Nostra ditio nobis sum-  
mae curae erit et dabimus operam, ne quicquam in nobis desiderari queat.  
Ex iis enim literis, quas nobis Vestra Illustritas una cum suis transmisit,  
intelleximus, qualis sit caussae status et conditio, quae utinam tandem  
melior existat.

Postremo nobis lectu gratissimum fuit, Vestrae Illustratis eam erga  
nos voluntatem esse, ut nulla unquam tanta pericula incidere possint, quae  
non nostro nomine magno animo subitura sit. Quamvis enim eam semper  
de Vestra Illustritate spem conceperimus, tamen repetitio illa, quam con-  
firmationis loco habemus, plurimum nos oblectavit. Quare Vestrae Illustrati  
hoc vicissim recipimus nos, si quando ei amice prodesse et gratificari  
poterimus, datus operam, ut gratitudinem et benevolentiam nostram  
experiatur. His Vestrarum Illustratatem optime valere cupimus nostraque ei  
negotia commendamus ac omnem praeterea felicitatem precamur. Datae  
Regio Monte etc.

Joh. Wille

a) *in ms. Archimarschalco*

S.l., 30.I.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,*

*rogat, ut litteras annexas iis, quibus inscriptae sunt, tradendas curet.*

(*Schedula: de filio nobilis Gnojeński, ad regis et Petri Wojanowski intercessionem in Academiam suam suscepto, voluntate discendi carente*).  
(*Germanice*)

(*Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1171*).  
*Ostpr. Fol.*, vol. 45, ff. 3-3v.

N. 3090.

S.l., 30.I.1548.

*Albertus dux in Prussia*  
*Christophoro Konarski*  
*pro missis novitatibus gratias agit; rogat, ut litteras suas marscalco magno*  
*(grosmarschalk) tradat et porro novitates mittat.*  
(*Germanice*)

(*Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1171*).  
*Ostpr. Fol.*, vol. 45, ff. 4v-5.

N. 3091.

E Regio Monte, 31.I.1548.

*Albertus dux in Prussia*  
*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori*  
*de legatione Nicolai Radziwill bene peracta gratulatur; Albertum iuniorem*  
*minime spernendum vel indignum esse putat, ut cum una ex sororibus*  
*regii matrimonium ineat; in sororibus regiis matrimonio bene collocan-*  
*dis operam suam promittit; petit, ut Albertum iuniorem, uti principem*  
*feudatarium, ita sibi commendatum habeat, ut clemens responsum in*  
*negotio suo obtineat.*

(*Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172*).  
*Ostpr. Fol.*, vol. 53, ff. 574-577.

Regi Poloniae Iuniori, ultimo Ianuarii.

Scribit Albertum Marchionem non esse indignum, ut cum S. Maiestatis sororibus matrimonium contrahat, eiusque rationes adducit et hor-tatur, ut det operam, quo optatum responsum accipiat.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Literas S. Regiae Maiestatis Vestrae, quibus de reditu Magnifici Domini Nicolai Radivil, Supremi Magni Ducatus Lythuaniae Marschalci, ad me perscribit, accepi mirificeque illi gratulor, quod ex animi S. Regiae Maiestatis Vestrae sententia negotium commissum confecerit, Deum Optimum Maximum in hoc, qui eius rei praecipuus autor fuit, collaudans ac porro deprecans, is pro honore et incremento S. Regiae Maiestatis Vestrae omnia consilia, actiones conatusve clementer ac divinitus ita gubernare velit, ut optatam et felicem metam pertingant.

Quod ad literas Illustrissimi Principis Domini Alberti Marchionis Bran-denburgensis, nepotis mei ex fratre et filii charissimi, itemque Reverendissimi Domini Cardinalis Augustani<sup>1)</sup> attinet, nihil in utrisque reperio, quod

ad negotium Illustrissimarum sororum S. Regiae Maiestatis Vestrae spectet. Cardinalis enim Augustanus de privato quodam suo suique patruelis negotio, ubi quidem sua studia et officia benigne ac prolixe mihi offert, sribit. Ego vero, si quid huius rei forte S. Regiae Maiestati Vestrae offerri contingat, de mea sententia, quam eidem coram retuli, decidere necdum possum, ut S. Regia Maiestas Vestra eum, qui et loco illustri et natalibus splendidis ortus, addo etiam fortuna et condicione a regio ordine non prorsus dissimili et inaequali sit constitutus, nullo modo spernat atque repudiet, his praesertim iniquissimis et saevo bellorum strepitu undique concitat temporibus. Quibus plus quam alias multorum nos non modo inveteratas retinere, sed etiam novas atque firmas amicitias contrahere decet, ut taceam interim verendum esse, ne accendentibus annis auctaque aetate Illustrissimae sorores S. Regiae Maiestatis Vestrae diutius innuptae maneant.

Itaque S. Regia Maiestas Vestra pro sua singulari prudentia, quid hoc casu faciendum sit, facile ipsa iudicabit. Quicquid ipse pro mea mediocritate et opera et consilio iuvare potero, uti Illustrissimae sorores omnes S. Regiae Maiestatis Vestrae cum primariis Regibus aut Principibus coniunctae aetatem agant, in eo nihil unquam operae praetermittam.

Ceterum Illustrissimus Marchio Albertus scripsit ad me, se legatos suos ad haec Regni Poloniae Comitia, uti S. Regiam Maiestatem Seniorem Vestramque inviserent, mittere voluisse, verum impenditibus hisce periculis et bellorum tumultibus, quibus Romanum Imperium distinetur, imprimis autem iis negotiis, quibus in hoc servitio Caesareae Maiestatis<sup>2)</sup> implicitus est, quominus fieret, impeditum esse. Quare quum me praesentem in his Comitiis fore existimaret, ut id S. Regiae Maiestati Vestrae suo nomine referrem, etiam atque etiam amice petiit. Quoniam autem S. Regiae Maiestati Vestrae obscurum non est ipsum Marchionem Albertum convasallum Principem harum terrarum Prussiae iuxta factam transactionem esse, id quod re ipsa etiam his Comitiis Imperialibus apud S. Caesaream Maiestatem negotium Prutenicum omni studio, diligentia et opera Sua Illustris Celsitudo satis declaravit. Et licet rumores non prorsus contemnendos de conatibus et molitionibus Teutonici Ordinis Magistri<sup>3)</sup> audierit, tamen Illustris Sua Celsitudo certam et exploratam eius rei notitiam expiscari se minime posse scripsit, daturam autem se porro operam recipit, ut quicquid eius rei, quod periculum his terris minitari videretur, certo comperiat, me quam primum certiorem faciat. Se enim pro S. Regia Maiestate Vestra, pro inclito Regno Poloniae ac tandem pro me ipso etiam, si ita casus ferat, omnes suas facultates, fortunas, vitam denique ipsam expositurum pollicetur.

Quapropter ingruentibus hisce tempestatibus mundoque hoc loci satis inique constituto, quo quidem amicos et fautores plurimos habere et convenit et necesse est, S. Regiam Maiestatem Vestram subiectissime etiam atque etiam vehementer peto, ea dictum Marchionem Albertum, uti S. Regiae Maiestatis Vestrae feudatarium Principem, clementer sibi commendatum habeat, ut S. Regiae Maiestatis Vestrae studio, ope et autoritate accidente apud S. Regiam Maiestatem Seniorem inclytosque Regni ordines ex his ipsis Comitiis aequum, clemens et amicum responsum in eo negotio, quo se Contractum Polonicum accepisse et agnoscere profitetur, obtineat. Id erga S. Regiam Maiestatem Vestram Sua Illustritas, uti benemeritus Princeps, ea, qua apud Caesaream Maiestatem et alios Imperii status autoritate pollet et gratia, studiose ac diligenter promereri potest, et quo in S. Regiam Maiestatem Vestram fertur animo et affectu, non parcens

vitae sanguinique proprio, libenter ac prolixe factura est. Ego autem debitis meis, quibus possum, servitiis subdite demerebor.

Extremo S. Regiae Maestati Vestrae hoc iter, quod postridie Purificationis divae Mariae Virginis susceptura est, felix, commodum et auspicatum esse volo, Deum, aeternum Patrem, suppliciter petens, is S. Regiam Maiestatem Vestram longissimis temporibus regat atque conservet. Ex Regio Monte, ultimo Ianuarii.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii.  
Constantinus.

- 1) *Otto Truchsess.*
- 2) *Carolus V.*
- 3) *Wolfgangus Schutzbar.*

N. 3092.

*E Regio Monte, [31.I.1548].*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo I regi Poloniae et, mutatis mutandis, Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori, castellano Cracoviensi [Ioanni Tarnowski], episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski]*

*Christophorum a Kreitzen, capitaneum Tapiensem, "in negotio secretius illi referendo" mittit et rogat, ut eum audiat et plenam fidem adhibeat.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 580-581.*

N. 3093.

*E Regio Monte, 31.I.1548.*

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Łaski, palatino Siradiensi, infortunio quodam se Comitiis Regni interesse non potuisse, sed ex litteris marscalci [Nicolai Radziwill] et aliorum, sibi missis, quaedam de statu statu cognovisse nuntiat et eum hortatur, ut "virili ac constanti animo" commissa sibi negotia expedire studeat.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 577-579.*

*Stanislao Laski, ultimo Ianuarii.*

*Scribit se non interfuisse Comitiis Polonicis, sed quaedam de statu rerum ex literis, sibi a Marschalco<sup>1)</sup> missis, cognovisse. Hortatur, ut animo constanti commissa negotia expeditat.*

*Salutem et benevolentiam nostram.*

*Libenter Vestrae Magnificentiae, quantum fieri posset, consilio et re ipsa succurreremus, si aut calamo auderemus credere omnia, aut nos ea, quae Vestram Magnificentiam imprimis movent, perspecta haberemus.*

Infortunio enim quodam accidit, ut ad Comitia ire et ibidem cum Illustri Domino Marschalco colloqui non potuerimus. Misit tamen Sua Illustritas ad nos literas proprias cum alienis sibi creditis, ex quibus quaedam et de Vestrae Magnificentiae summa authoritate et Romani Imperii ordinum erga nos benevolo animo cognovimus, quae nobis gratissima fuerunt. Quam ob rem rogamus Deum Optimum Maximum, ut omnia omnium consilia et voluntates eo dirigat, ut non saltem nostra causa optatum exitum sortiatur, verum etiam in universa Christiana Republica pax et concordia constituantur.

Quod Magnificentia Vestra de mora, quae saepe plurimum nocere solet, et aliis quibusdam rebus ad nos scribit, id iudicamus Deo committendum esse, ac pro ea benevolentia Magnificentiae Vestrae gratias agimus, quam hortamur etiam atque etiam, ut virili ac constanti animo omnia agere velit et Dei omnipotentis auxilio confidere. Quod si fiet (ut plane nobis persuademus), faciet Vestra Magnificentia homine et virtute et pietate praedito dignum officium. Quicquid autem molestiae devorare in eo Magnificentia Vestra cogetur, id omne procul dubio regia clementia compensabit, nosque quibuscumque studiis amicissimis promerebimus. Haec voluimus Vestrae Magnificentiae pro huius temporis ratione clementissime respondere, quibus etiam hoc addimus ac optamus, ut Vestra Magnificentia diu salva et incolumis conservetur, negotioque omni pro votis confecto, aliquando ad nos redeat, cui nos fraterne committimus. Datae Regio Monte etc.

1) *Nicolaus Radziwill, marscalcus Magni  
Ducatus Lithuaniae.*

*N. 3094.*

*S.l., s.d. [I. 1548].*

*Albertus dux in Prussia  
Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,  
de studio suo filias regis matrimonio bene collocandi.*

*Cfr. El. XLIII, N. 59.*

*Conc. Germ., HBA, B, K. 1171 (in Ostpr. Fol. deest).*

Lieber her hoffmeister.

Ir wisset, das ich den koniglichen freulein, meinen lieben mhumen, hertzlichen gerne dienen wolte, domit sie wol und ins erste vorsorget und ausgesteuert worden. Dozu ich bis dohero an villen ortern allerley vorschet und mich unterstanden, aber uberall auszugige antwirth erlangeth. Sein iemhall dy jungen hern unmher dy weld und kriege zu sehen mher als zu hayrathen lust gehat. Nhu werde ich glaublich berichtet, das hertzog Adolph von Holstein zu hayrathen entschlossen. Do ich nhu wissen mochte, ob der ko.mt. gefellig und gelag sein wolte, das jungste frewlein<sup>1)</sup> derorth zu lassen und zuvor hayrathen, so wold ich auf das allereylendeste meinen aigenen boten an s.l. schihken und vor mich selbst vorhorchen, ob ich an dem meiner lieben mhumen dienen mochte. Was nhu s.k.mt. hertzwillen und gefallen, das wollet fleissig yns erste erlernen und mich wissen lassen, was ich thun soll. Domit etc.

An Gabriell Terlen.

1) *Catharina.*

N. 3095.

E Regio Monte, 4.II.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*castellano Posnaniensi [Andreae a Górką]*

*rogat, ut nuntio suo in aliquas Germaniae partes misso, si opus fuerit, equum  
impigrum et indefessum dare velit, quo commissa sibi negotia temporius  
conficiat.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 581.

N. 3096.

E Regio Monte, 16.II.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Patzko et Ioanni Wunsam, civibus Cracoviensibus,  
de vino Hungarico sibi suppeditando.*

(Germanice)

(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1171).

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 5v-6.

N. 3097.

E Regio Monte, 2.III.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Litzeck*

*ab aula sua per longum temporis spatium absentem hortatur, ut – si in servi-  
torum suorum numero porro esse cupit – primo quoque tempore in aulam  
suam redeat.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 581-582.

N. 3098.

E Regio Monte, 3.III.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori*

*itinere suo in Germaniam paulisper dilato, de iunioribus Germaniae principi-  
bus se hoc tempore regi respondere non posse nuntiat; significat sibi alla-  
tum esse, quasi regis in Regnum adventus non omnibus pariter gratus et  
mandatum in negotio Gedanensi latum Gedanensibus parum utile sit,  
putat ergo esse, qui animos hominum a rege iuniore alienare cupiant; de  
Ducatu Masoviae "per inscriptionem dotti" reginae matri cesso gaudet.*

Ostpr. Fol., vol. 81, Heiml. Reg., ff. 261-263.

An die junge ko.mt., den 3 Marcii.

Gnedigster konnig.

E.Ko.Mt. hab ich negst vorschinnen meiner lieben tochter<sup>1)</sup> halben geschrieben und umb derselbigen genedigen rathe und gutduncken gebeten. Darauf E.Ko.Mt. entlich erwegen, ich nicht vernomen. Dieweil aber E.Ko.Mt. nhumer bey irem herren vatern, meynem gnedigsten herren, gewest und ungezweyfeldt mir zu gnaden meiner tochter gedocht, bith E.Ko.Mt. ich noch, dasselb wol mir yre gnedige trewe meynung genediglich nicht bergen.

Dieweil sich mein raysen in Deutzschlandt ethwas vorzeucht, kan E.Ko.Mt., so wie ich gerne wolte, der deutzschen jungen fursten halben nicht beantworten. Do aber die reysen, wie es noch dorauf stehet, vortgengig, thu ich als der trewe diner, der an ime nichts erwinden lest.

Doneben kann E.Ko.Mt. ich nicht pergen, das an mich gelangt durch gemein geschrei, als sold E.Ko.Mt. ankonft in die Cron nicht allen gleich lieb gewest sein. Welches, wo es also, bracht es mir warlich nicht wenig schmertzen und nachdencken, dan E.Ko.Mt. jhe billicher, als der herre und folgende konnig, mher mit freuden und lieb zu sehen, wan darvor zu erschrecken und schewen zu haben. Hab es dorumb nicht glauben konnen. Do aber jhe ethwas doran, kondt ich mich doraus nicht richten, wie ichs zu vernemen. Gleicher weis kombt mir fur, als sold zu Crockaw furgeben sein, das E.Ko.Mt. schreiben wegen der von Dantzigk, welchs E.Ko.Mt. von der Wilde gnediglich abgehen lassen, denen von Dantzig zu irer sachen nicht fromlich aber nutzlich gewest sein, kumb ich in beysorg, das man vileicht begeren mocht, E.Ko.Mt. der lewthe hertzen abzuwenden. Welchs dem obengemelten artickell ethwas mit enlich sicht. Ich hab aber, alspald ichs gehort, an etzliche lewthe geschrieben, dieweil mir wol bewust, wie trewlich E.Ko.Mt. sich in disse handel eingelassen, damit ich solchem argen, sovil an mir muglich, zu wheren, und ab villeicht geschrey an sy gelangt, E.Ko.Mt. verantworth; kan gleichwol derort noch nit vernhemmen, das der gleichen noch zur zeyt ethwas an sy komen wurd, das sie E.Ko.Mt. zuguth sich auch getrewlich erzeigen wollen. Schreyb es dorumb E.Ko.Mt., das dieselb sehen mogem, was die leuth im synn haben, sie auch vor ire hohe konnigliche geschickligkeith nachzudencken, auf das mith solchem und dergleichen nichts ausgericht.

Das E.Ko.Mt. geliebten mutter, meiner gnedigsten konnigin<sup>2)</sup>, dy Masaw per inscripcionem dotis eingereumet, hore ich gerne. Wunsch dorzu irer, auch E.Ko.Mt. und der loblichen Cron nutz und besten etc.

1) *Anna Sophia*.

2) *Bona*.

N. 3099.

*E Regio Monte, 3.III.1548.*

*Albertus dux in Prussia*

*Bonae reginae Poloniae*

*quae nomine eius Ioannes a Werden, burggravius et consul Gedanensis, sibi  
rettulerit, se percepisse nuntiat; quid responsi ipsi datum sit, ex eodem  
burggravio eam cognitaram esse assertit.*

(Latine).

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).

Ostpr. Fol. vol. 53, ff. 582-583.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, R.P. exercituum capitaneo, matrimonio regis iunioris cum Stanislai Gasztold reicta vidua [Barbara Radziwiłł], "persona, cuius vita et mores fere omnibus suspecta est", ineundo, auctoritatem et aestimationem regiam perditam esse asserit et hortatur eum, ut id modis omnibus impeditre conetur.*

*Cfr. El. XXXVIII, N. 1065.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).*

*Ostpr. Fol., vol. 81, Heiml. Reg., ff. 264-267.*

Ad Castellanum Cracoviensem Dominum Tharnovium. Mutatis mutandis Episcopo Cracoviensi. 3 Martii 48.

Officia mea amica ac fraterna et quicquid grati praestare possum, Illustris, Magnifice ac Generose, Affinis, Frater et Amice multis nominibus dilekte.

Pro amica et fraterna coniunctione ac necessitudine nostra, qua Illustritatem Vestram nihil celare soleo, non possum praetermittere Illustritati Vestrae, quae ad me delata sunt, non sine magno animi maerore secretius atque in aurem, quod dicitur, significare. Scribitur ad me ex Germania Serenissimam Maiestatem Regiam Iuniorem, Dominum et avunculum meum clementissimum et charissimum, relictam viduam<sup>1)</sup> in Christo defuncti olim Domini Gastoldi<sup>2)</sup> in uxorem ducturam, eam autem nescio qua nota aut appellatione (quod profecto scribere reformido, quandoquidem nihil tale compertum habeo) traducunt. Proinde a multis subinde, quid tandem credendum sit, interpellor. Ego hactenus pro mea fide, officio et observantia, qua Sacram Maiestatem Regiam amo, colo et observo, constanter Regiae Maiestatis partes tutatus sum, nihil tale scilicet eius Maiestatem unquam facturam, siquidem persuasum mihi habebam S. Regiam Maiestatem, pro regia et innata sua prudentia, inclitam regiam eiusque nobilissimam progeniem et regios parentes ita pae oculis et in consideratione habituram, ut citra voluntatem parentum nihil esset ausura, multo minus huiuscemodi sponsalia celebraturam esse, quae apud exteror et subditos autoritatem Regiae Maiestatis saltem aliquo modo possent attenuare. In eam sententiam trahebant me plane perplura argumenta. Sperabam itaque S. Regiam Maiestatem hisce nostris periculosissimis temporibus, quibus sane opus est multos habere amicos eosque quovis etiam modo conciliare et retinere, consilio parentum et procerum Regni cum illis sponsalia tractaturam, qui potuissent et consilio et auxilio re ipsa eius Maiestati subvenire. Verum fama spargitur praeter opinionem in contrarium, nempe cum iam ante nominata matrimonium esse firmum nihilque restare, nisi ut nuptiae celebrentur. Quod si haec persona, cuius vita et mores fere omnibus suspecta est, et quae Regiae Maiestati par esse non potest, contra voluntatem parentum et procerum ducatur, quid sit porro futurum, nescio. Authoritatem et aestimationem, quam omnes Reges et Principes christiani de Regia Maiestate profecto non parvam hactenus conceperant, perditam esse certum est. Nec est dubium multorum animos iam iam a Maiestate Regia alienatos. Denique omnes sanguine iunctos extremo dolore et maestitia affici facile intelligit Illustritas Vestra. Et quamvis adhuc adduci non possem, ut omnino credam, tamen animum meum haec omnia angent. Id quod

et Illustritati Vestrae fieri, si res ita se habet, mihi persuadeo. Videt siquidem Illustritas Vestra pro singulari sua prudentia, quam haec Maiestatem Regiam, regia stirpe prognatam, minime deceant, quae pericula hinc sint emanatura, quam periculose omnium Principum animi hoc tempore alienentur, quam turpiter se Regia Maiestas omnibus Principibus universi Christiani Orbis sit datura et quam male consulatur posteris, imo inclito Regno Poloniae et omnibus incorporatis terris. Taceo interim, quod non sine magna iactura salutis praeceptum Domini negligitur, quod habet: honora parentem, ut sis longaevis super terram.

Quapropter Illustritatem Vestram, amicum et fratrem meum charissimum et integerrimum, plurimum rogo et per Deum ac salutem totius patriae obtestor, velit anthonitatem et operas suas ita interponere, ut, si forte talia a quoipiam inchoentur, ne ad effectum perducantur. Si vero iam aliqua tractata sunt, nihilominus omnes circumstantias, quas partim brevibus enarravi et Illustritas Vestra p[re]me melius et accuratius perspicit, bene perpendere, omnia diligenter rimari et quam haec tota actio res mali exempli, nominis et exitus sit futura, cogitare. Proinde S. Regiam Maiestatem persuadere, ne talia peragat, ne det locum amoris, sed authoritatem regiam, nobilissimam et vetustissimam familiam aliosque Principes, sanguine quam proxime sibi iunctos, consideret et talia tractet sponsalia, per quae patrum omnium authoritas et familia S. Regiae Maiestatis et omnium successorum evehatur, amicitia firmior contrahatur, denique spes sit Regnum omnesque subditos in otio degere posse. Haec ubi Illustritas Vestra perfecerit, quemadmodum pro authoritate sua facile potest, conciliabit sibi omnium ordinum et incolarum animos. Ego pro mea virili Illustritati Vestrae, fratri et amico meo, vicissim in omnibus licitis studium et officium meum defero. Quam Christo ad Nestorios annos unice commendo, petens, Illustritas Vestra velit has meas literas post lectionem igni mandare. Datae e Regio Monte etc., ut supra.

1) *Barbara Radziwill.*

2) *Stanislaus Gasztold, palatinus Trocensis* († 1542).

N. 3101.

*E Regio Monte, 3.III.1548.*

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,*

*de noto utrique eorum negotio [scil. regis iunioris matrimonio cum Barbara Radziwill] et damnis ex eo promanaturis sententiam suam occulte et per ambages profert.*

*Autogr.*

*HBA, B, K. 1170 (etiam in Heiml. Reg., Ostpr. Fol., vol. 81, ff. 255-261).*

Edler und erendfester, lieber guter freund und diner, her Derla.

Ich hab in kurcz von euch und ewerm diner Bohibel eczliche schriften bekumen; dyselbige[n] alle zu beantworten, achte ich ane not zu sein. Weil aber gleichwol vermercket, das etwas in der einen euch bewusten sachen, belangend dy person, der zum merern theil in gutem vertrawen und auf dy phlichte, domit ich der obersten zugethon, fyl gelegen, auch zum deil sor-

gen getragen werden, das leider Got erparmes und gnediglich abwenden wolle, das etwas einem vortgang, schir beginnt gleich zu sehen, so hat mich in der warheit solches nit alleint erschrecket, sunder zum allerhogsten auch betrubet, und noch aus filen ursachen, darvon fiel und fyl zu schreiben. Ich mercke aber aus allen volgenden schriften, das ir ewern trewen phlichten nach euch nicht geschewet, und domit ir dy warheit zu erfahren, das ir mit der einen person geredet, dy noch fur und fur auf der antwort beruhet, so mir zuvorn geben; welche mir auch noch in guter und frischer gedechnus ist, den man sich auch eines hohern pfandes in solcher verphlichdet. Weil ich den negst Got in der welt kein person weis, dy ich also liebe und achte, so werde ich dardurch verursacht, derselben vor allen, wie si auch heissen mogen und wer si auch sein, zu glauben, ia auch also zu sagen, abwol dy heilige schrift als im 1<sup>t</sup> und 17 psalm spricht: ir solt euch nicht auf menschen verlassen etc.; auch ein ieder crist der heiligen schrift zu glauben verphlichdet ist. So glaube ich doch der person sofyl, das ich mit gutem grundt sagen mus: Wo der glauben an der person den worten nach nit erfunden, das ich hernachmols auch glauben muste, das mich Got also strafte, domit ich zu sehen, er wisse, was wir menschen sein, und wolle auch haben, das ich mich plat und schlecht gar auf keinen menschen verlassen solle etc. Welches mir ein herczlichs leid sein wurde, so ich solches an der person erfahren solte. Ich wil mich aber ewers trostdes auch trostden, und auf dy wort, darauf ich bisher gepawet, noch pawen unde nicht zweifeln. Weil mir aber so von manicherley orten und filen leuten so selczam und manicherley reden zukumen, auch bey euch, ich wil nicht weiter gehen am etc., fast unholens gesagt wil werden, das der etc., nymbt dy angst etc., der ich doch nichts auflegen wil noch weis, alleindt was von filen geredet und mir meinen phlichten nach, weil ichs hore, zu sweigen nicht geburet, sunderlich auch veyl vermerckt, das auch im Ro[mischen] Reiche gar schimpflich von filen von diser sach wil geredet werden, und wes ich vor-mols vertrewlich anzeigen lassen und von filen ane schewe öffentlich zu reden nicht unterlassen, pleiben und seczen auch wol darzu, wes man besorge durch zewberey und anders beschehen moge; eins dails gedencken der vorigen<sup>1)</sup>, so in Got ruhet, wy dy gehalten, und wes diser fur ein person kegen der andern. Wil auch wol gesagt werden, das by plutfreundschaft bereit so verhanden, das bruder und swester auch nach der schrift und allen rechten in der freundschaft so nahendt, daraus ein plutschandt erfolge, das dy recht auch hoch straffen. Derhalb gar schimpflich dises handels gedacht, und wurdet durch dis alles grosse ergernus, dy alle, hohe und nidrige stende, zu meiden auch hoch verphlichdet, wo dy sach solt irem vortgang, das ich doch Got bitte nicht beschehen solle, volgen. Es ist auch zu besorgen, das ein hohere und merere strafe, wo so plindt in diese sachen wolt gangen werden, von Got durch kriege und anders, auch wol ein ungehorsam und aufrur, der, wy ir dy gelegenheit wissedt, und domitt ich nicht zu glar gehe, nicht nennen wile etc., alleindt der ganczen gemeyn gedacht haben, auch des mer, das nicht zu hoffen, kinder volgen werden.

Item geredet wurt der haffen bereit also geruret, das man mercket, eine sensucht verhanden, dardurch auch anderer krankeit zu befaren. Wil gesweigen das bose geschreie, so allenthalben daraus erfolgen wurde. Und auch noch zweierley doneben zu erwegen: Abwol kinder filen, das der gemeyn man darauf fallen mochte, si weren si anzunemen nicht schuldich, den si weren nicht etc., dardurch dy erbschaft verhindert. Gefilen den keine kinder, ab nicht phileicht bedacht werden solle, so er ane erben abging, was fur aufrur und ander vortheil und anschlege in dem allen gesucht mochten

werden. Und vor und neben allen dy grosse verachtung in der ganczen welt bevor der cristenheit, ja auch ein ewiges und unaufhorliches, das auch in dy geschichtpucher zu ferzeichnen nicht unterlassen wurde, ervolgen mochte.

Zweifel auch nicht, das dy person aus irem hohen von Got verlichen verstandt nicht werde dis alles und ein fyl merers, bas als ichs seczen kan, erwegen und nicht vergessen den pilligen gehorsam, den alle kinder den eltern zuthun, und von Got den gehorsamen ein grosser segen, den ungehorsamen aber uberschwencklichen grossen zoren versprechen und trawen dut schuldich, und wy hoch vonnoten ist, das solche sachen mit reifem rat, der zu solchem zuraten gezimet, alles in Gottes vorcht pillich vorgenumen.

So habe ich meinen trewen und phlichten nach zu erhalten dy hoche estimation, und was dem mer anhengich, dye wir alle zu bedencken hoch pflichtig und schuldich, nicht unterlassen kunnen, euch mit diser meiner schrift zu ersuchen, domit ir nach ersehener gelegenheit in pester mas, als ir wisset, mit der person zu reden und alle dise bewegknuß zu herczen furen, sambt dem anhangk, das ich auch auf ewer vorich schreiben, weil von filen orten an mich das geschrei gelanget, ich muntlich und auch schriftlich mich ewers schreibens und auch hohen verphlichtens der personen weiter gerumet und aufs hertdest, das es mit urlaub erlogen und erstuncken, auf solche hohe wort, dy auf dy sele genumen, das es nit sey, verneinet und gerumet. Hoffe ie auch nit, das dy person euch bewust ir und mir und euch, so wenig der durch geheis mir solches zugeschrieben, das gunnen werde, das man uns alle hernacher der unwarheit zu bezichtigen, und bitte gar trewlich, wolt mich ie dises schreibens halber entschuldigen, den ich meine es anderst nicht, alleindt aufs trewlichst, des ich auch Got zu zeugen furen kan. Wo ichs auch nicht aus phlichten und mit trewem herczen meine, so rufe ich auch Got an, er wolle mich auch also meinen, und doneben auch bitten, er wolle im selbst zu eren und besten, auch zur sterkung der warheit, ym und mir also dy sach erwegen und beherczigen, auf das wir nicht stroflich erfunden aber des bezichtigt, das ich weisse, er selbst mit warheit nicht gerne bezichtigt wolte sein. Bevor aber auch durch Gottes willen bitten, er wolle nicht vortfahren, sunder mit rat handeln. Was ich auch raten und dinen werde kunnen, da prauche man mich, wil mich als der willige diner etc. also mit gottlicher hilfe erzeigen, dobey man meine trewheit zu spuren. Und zweifel nit, sovern dy person nurnt selbst wil, es sey das zu finden, domit ir erlich geraten.

Hirneben rate ich auch trewlich, man wolle sich der andern person gar entschlahen und irer mussig gehen, den ich besorge mich, si kun mer gemeinem geschrei nach als brot essen. Wollet mich befelen und nach verlesung den briiff dem fewer schencken. Wo aber, des ich mich doch auch nicht versehe, fyl weniger hoffe, dis alles nicht bedacht noch angesehen sein wolte, so wil ich mich kegen Got und meniglich entschuldiget haben und das mein darbey gethon und mit euch bezeuget, das ich in nichte iemols bewilliget und ewensowenig geraten haben. Wy den das geschrei gehet, es gehe mit meinem rat, willen und bedencken, auch bewilligen zu, den darzu kan ich mit gutem gewissen aus angezeigten und fyl mer ursachen, es werde mir auch darkegen geworfen, was es wolle, nymermer raten noch ia zu sagen vernemen lassen, sunder mus in einem festen widerraten erfunden werden und alles Got befelen. Wo es auch nit richtig zugehen wurde, trewlichen mir leit sein lassen. Und solt euch auch noch wol mer schreiben, wils aber sparen, bis Bohibel zu mir kumbt; als den auf den andern artickel, euch heimlichen bewust, weiter auch beantworten und das thun, so von mir gevordertt.

Bitte euch gancz gnediglich, weil ir mir zu fersehen gewen, das mein  
g.h., dy k.mt., pald nach Ostern seinen weg durch mein lant nemen werde,  
ir wollet mich ferstendigen, wen und an welchen orten, auch wy starck und  
wer alles mitkumen werde, domit ich mich auch darnach zu richten und zu  
bestellen, was von noten. Befele euch hiemit dem lieben Got. In eyle  
Kunigspurgk den 3 Marcii anno 1548.

Albrecht marggraff und herczog etc.

1) *Elisabeth.*

N. 3102.

*E Regio Monte, 6.III.1548.*

*Albertus dux in Prussia*

*Andreae a Górkä, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo,  
per Casparem a Lehendorff, cubicularium suum, eum salutat et rogar, ut  
eidem servitori suo plenam in omnibus fidem adhibeat.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 583-584.

N. 3103.

S.l., 9.III.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Petro Wojanowski*

*de institore quodam in districtu Ilaviensi in publica via imperfecto et de eius-  
dem facinoris auctoribus, altero in capitaneatu Ilaviensi capto, altero  
Graudentii in carcerem coniecto.*

(Germanice)

(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1171).

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 6-6v.

N. 3104.

*E Regio Monte, 13.III.1548.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo I regi Poloniae*

*Fabianum Lobell, civem Cleipodiensem, causam aliquam appellatione ad  
regem devolutam habentem, commendat.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 584-585.

E Regio Monte, 13.III.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, R.P. exercituum capitaneo,  
de condicionibus et modis Stanislaum Cikowski ad munus sui equitum magi-  
stri suscipiendi.*

*Cfr. El. XXXVIII, N. 1096.*

*(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1171 et Lat., K. 1172).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 585-589 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 6v-8v).*

Comiti in Tharnau, XIII Marcii.

Gratias agit pro illius opera in deligendo Stanislaou Czikowski et narrat, quid cum eo egerit et qua conditione; quid ad S. Regiam Maiestatem eo nomine scripserit. Petit, ut illa ipsa promovere velit et cum Czikowski suo nomine, prout consultum videbitur, contrahat et rescribat.

Gratias Vestrae Illustrati maximas et fraternalis agimus, quod nostrorum petitionum, quas ex Magnifico Domino Achatio Zcema cognovit, rationem habuerit et Nobilem ac Generosum, singulariter nobis dilectum Stanislaum Czikosky, delegerit, quo equitum magistrum apud nos ageret, neque possumus Vestram Illustritatem celare, quod coram nobis comparuerit. Cum quo licet egerimus de nostro negotio, tamen eo ipsum animo esse cognovimus, ut plane nulla ratione, nec quantum ad suam ipsius personam, nec quantum ad alios equites ducentos attinet, se nobis obligandum duceret, nisi prius a Serenissimo Rege Poloniae, Domino nostro clementissimo, veniam impetraremus, cum ea sit consuetudo in Polonia, ut proficiscente Regia Maiestate nemini abesse liceat, sub poena et amissione omnium facultatum<sup>a</sup>). Illud tamen etiam animadvertisimus, eum nequam illo stipendio, quod Regia Maiestas forte suis magistris equitum, quorum opera hisce in locis utetur, numeratura esset, se obligari velle. Imo etiam quodammodo nobis significavit, eos a Regia Maiestate ipsos ad defensionem harum terrarum constitutos et conscriptos eo, quod hactenus in Corona Poloniae usitato more numeratum est, nec contentos fore nec servituros. Quam ob rem nos praemonuit, ut iniremus rationem, quoniam pacto nobis milites compararemus. Quantum ad suam personam attineret, ducturum esse honestos homines seque, uti fidelem servitorem decet, exhibitum, verum nequaquam sibi sufficere salarium, quod communi consuetudine in Polonia dari solet, praecipue cum omnia hic numerata pecunia emenda sint, nec ex praeda seu rapina, quam ipse tamen non expeteret, sicut in Podolia aut aliis locis fieri solet, vivendum sit.

Qua autem ratione, concessa licentia a S. Regia Maiestate, sibi provideri voluerit, licebit Vestrae Illustrati ex charta apposita nobisque ab ipso exhibita perspicere. In id autem consentire nobis inconsultum visum est, considerantes nobis non temere aliquid tentandum esse, ex quo tanquam novitatis alicuius studiosi accusari iure possemus. Et quamvis cogitaremus quemvis honestum servitorem, qui suo stipendio contentus esse, nec onerare miseros homines cuperet et damno petulanter afficeret, ita esse curandum, quo honeste vivere possit, tamen ex commemoratis iam causis nihil concludendum duximus; sed cum adeo incertum esset et dubium, utrum constituti equitum magistri, propter usitatam hactenus in Polonia stipendii exiguum quantitatem, sequuturi essent necne, putavimus Maie-

stati Regiae Iuniori scribendum hocque significandum ac subditissime ab ea petendum esse, ut curaret, quo certi aliquid cum magistris illis equitum conscriptis et constitutis contraheretur, ut de ipsorum voluntatibus et studiis amplius ambigere non necesse esset, ac potius usitato salario aliquam summam adiiceret, quam illis depraedandi facultatem faceret, considerando ex ea licentia subditis tantum damni dari posse, unde non facile posteaemergerent. Praeterea ut Sua Regia Maiestas conducere et conscribere aliquos ad defensionem nostrae ditionis et subditorum nostrorum nobis concederet, sperantes Suam Regiam Maiestatem in eo et nostra et sua ipsius caussa se regie exhibitum. Nihilominus a Vestra Illustritate, ut supremo Regni Poloniae belli duce, amice ac fraterne petimus, ut det operam, quo illa omnia, quae nos quidem pia, aequa ac necessaria ducimus, expediantur et primo quoque tempore conficiantur, incertitudo praedicta caveatur et ipsis ducibus equitum ita prospiciatur, quo in ipsorum auxilio spes potius collocari, quam contrarium timeri queat.

Ad haec cum eatenus cum dicto Stanislao Czikoski egerimus, ut unum annum se nobis servitum promiserit, modo hoc ipsum a Regia Maiestate impetrari posset, petimus, ut Vestra Illustritas non gravatim, sed pro fraterno animo operam dare, quo facultatem nobis serviendi et equites adducendi a Regia Maiestate consequatur, nobisque consilium Vestra Illustritas communicare velit, quibus conditionibus eum cum reliquis hominibus, quos adducturus est, conducendum putet; si etiam ulla ratione sine Vestrae Illustritatis molestia fieri potest, cum saepe dicto Stanislao Czikoski agere ac tollerabiles conditiones proponere, et tandem etiam cum eo convenire Vestra Illustritas velit. Quod quidem omne fraterne eidem committimus, ne novitatis studium, ut supra dictum est, obiici queat et suspicione omni liberemur. Cogitavimus quidem de provisionis modo, quemadmodum Vestra Illustritas ex adiacentibus articulis perspiciet, sed tamen, ut dictum est, Vestrae Illustritatis arbitrio amice eam rem committimus. Quicquid igitur Vestrae Illustritati visum fuerit ac si quid ea confecerit, quod nobis non infrugiferum existimaverit, id rogamus, quoad fieri poterit, citissime nobis significet. Non enim dubium nobis est, quin Vestra Illustritas nobis suis studiis praesto futura sit, sicubi vicissim Vestrae Illustritati gratificari poterimus, nihil, quod ad rem pertinebit, praetermittimus. His Illustritatem Vestram optime valere cupimus ac rogamus etiam atque etiam, ut nos amico ac fraterno animo complecti velit. Datae Regio Monte.

a) *in ms. facultatem.*

Ex Germanicob).

b) *alia manu.*

N. 3106.

E Regio Monte, 14.III.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Spytconi Tarnowski, R.P. thesaurario,*

*solicitat eum, ut debitum sibi annum stipendum ad festa paschalia aut a Stanislao Kostka, terrarum Prussiae thesaurario, Marienburgi, aut Gedani sibi persolvendum curet.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXVIII, N. 1073.*

*(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1171 et Lat., K. 1172).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 589-590 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 9-9v).*

N. 3107.

E Regio Monte, 14.III.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Annae Odrowąż, e ducibus Masoviae,  
proficiscente istuc litterarum exhibitore Georgio, eam eiusque filiam salutat.*

(*Latine*)

Cfr. El. XXXVIII, N. 1076.

(*Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172*).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 590-591.

N. 3108.

S.l., 15.III.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,  
pro Onuphrio Jon, Balthasaris Gans, secretarii sui, consanguineo, intercedit  
et rogat, ut eum domino cuidam in Lithuania commendet, quo inter auli-  
cos eiusdem suscipi et res novas videre et discere possit.*

(*Germanice*)

(*Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1171*).

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 9v-10.

N. 3109.

E Regio Monte, 24.III.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori  
Ioannem a Kreitzen, cancellarium suum, in secretioribus quibusdam negotiis  
ad regem mittit et rogat, ut ipsi in omnibus fidem praebeat.*

(*Latine*)

(*Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172*).

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 592.

N. 3110.

E Regio Monte, 25.III.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Andreae a Górką, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo,  
rogatus ab eo, ut nova Augusta allata ei mitteret, transmiittit litteras Stanislai  
Łaski Augusta ad se datas, ex quibus eum perspecturum esse asserit, qui  
sit rerum omnium status et conditio.*

(*Latine*)

Cfr. El. XXXVIII, NN. 1057, 1060.

(*Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172*).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 592-593.

N. 3111.

E Regio Monte, 25.III.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwitt, M.D.L. marscalco,  
occasione nuptiarum et matrimonii eius [cum Elisabeth Szydłowiecka initi]  
omnia fausta et felicia ei precatur seque excusat, quod praesens eis non  
interfuit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 593-594.

N. 3112.

E Regio Monte, 25.III.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Tamowski et, mutatis mutandis, episcopo Cracoviensi [Samueli  
Maciejowskij] et Stanislao Hosio  
rogat, ut regi persuadeat, quo Achatio Czema ad duces Pomeraniae et electo-  
rem Brandenburgensem, Ioanni vero a Werden ad civitates maritimas et  
regem Daniae legationis munus committatur; centum florenos de suo  
Achatio Czema viatico addere promittit, si regi sumptus nimis magni  
viderentur.*

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 594-596.

Comiti a Tharnau, mutatis mutandis Episcopo Cracoviensi et Doctori  
Hosio, XXV Marcii.

Petit, ut det operam, ut Achacio Zema et Ioanni a Werden legationis  
munus ad Principes Pomeraniae<sup>1)</sup> et Electorem Brandenburgensem<sup>2)</sup>,  
et civitates maritimas et Regem Daniae<sup>3)</sup> imponatur. Promittit 100 se  
florenos additurum de suo, si S. Regia Maiestas sumptus nimis magnos  
fore putaverit.

Illustris, Magnifice et Generose etc.

Cum ex S. Regiae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, responso  
cognovissemus velle eandem cum Serenissimis et Illustribus Dominis Rege  
Daniae, Ducibus Pomeraniae et Megalburgensibus, necnon Electore Bran-  
denburgensi ceterisque, per oratores suos agere, ne per eorum dominia  
hosti terras Prussiae oppugnatur transitus pateret aut receptus daretur,  
sed potius officii vicinitatis ac arctae necessitudinis admoniti S. Regiae  
Maiestati commeatu rebusque necessariis subvenirent, committere non  
potuimus, quin eius legationis nomine, quae nobis non parvi momenti esse  
videtur, Illustritatem Vestram submoneremus, ut ei talis praeficiatur, qui  
non tantum prudenter illa exequuturus, verum etiam ei negotio confi-  
ciendo idoneus videretur, necnon Principum et aulae illorum notitiam  
antea sibi et cognitam et perspectam habeat. Etsi autem non dubitemus,  
quin illis omnibus a S. Regia Maiestate bene prospectum eatur, talemque  
virum, in quo nihil eorum desideretur, deputatum iri, tamen pro ea fide,

qua nos S. Regiae Maiestati ac inclyto Poloniae Regno obligatos agnoscimus, nostrae in hoc sententiae arbitratum Illustritati Vestrae exponendum esse censuimus. Nec incommodum esse, sed praestare multum arbitramur, si Magnificus Dominus Achatius Czema, Palatinus Marienburgensis, cui et negotiorum istorum pactorumque et contractuum hinc inde cum Principibus initorum plena cognitio deputetur, quem et eius authoritatis ac fidei apud inclytos Pomeraniae Duces necnon Principem Electorem Brandenburgensem esse scimus, ut facile ei praeterea aliquid creditum iri speremus ac eum, si quemquam alium, ei legationi designandum plurimumque frugis facturum existememus. Quod ut eo facilius apud S. Regiam Maiestatem obtineri possit, Illustritatem Vestram rogatam ficiimus, dignetur auctoritate sua interposita ei rei et suffragium et operam suam addere, ita tamen, ne quid de negando hosti transitu ferendisque Regiae S. Maiestati suppetiis inter informandum negligatur.

Quod si S. Regia Maiestas nimis causaret sumptus, nos de nostro centrum, si ita visum fuerit, florenos Palatino Marienburgensi viatico addituros promittimus, ut et eo facilius et commodius se itineri accingere ac maiori cum fruge mandata sua exequi possit. Ceterum cum et urbs Lubeca ac vici nae civitates maritimae pari modo per legatos sint sollicitandae, iudicamus nobilem et strenuum Ioannem a Werden ad Serenissimum Regem Daniae et urbes maritimas ablegandum esse, quem nihil istorum contractuum latere compertum habemus, vixque ei parem in toto Poloniae Regno ad hoc munus obeundum magisque idoneum nostro iudicio haberi posse censemus. Nec dubitamus, quin uterque ea fide ac industria mandata sua sit exequuturus, ne S. Regia Maiestas in eis quicquam porro desiderare posse videatur. Iterumque atque iterum Illustritatem Vestram petentes, dignetur id negotii ea, qua novit, dexteritate apud S. Regiam Maiestatem promovere, ut non tam nostrae petitioni locus detur, quam rebus omnibus pro communi utriusque subditorum salute bene consulatur. Quod Illustritatem Vestram facturam persuasum nobis habemus, summisque id erga eandem [studiis] amice ac fraterne recompensaturi. Datae Regio Monte.

1) *Barnim IX et Philippus I.*

2) *Ioachimus II.*

3) *Christianus III.*

N. 3113.

Ragnetae, 25.III.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,*  
*de noto utriusque eorum negotio [regis iunioris matrimonio cum Barbara Radziwill]; de arboribus ad malos nauticos conficiendos; de equo sibi emendo; de finibus controversis inter ditiones imperatoris et regis Poloniae; de discordia inter principes Imperii etc.*

*Cfr. El. XLIII, NN. 60, 61.*

*Autogr.*

*HBA, B, K. 1170.*

Lieber Derla.

Wie ich iczund hie bin, zu erwegen und abzusehen, was im fal der not,

weil dy welt so geswindt, unsser alter kunig auch, wy zu besorgen, mit der zeit nicht ewig hie verharren werde etc., zu pawen und zu schucz der armen lande anzurichten sey, kumbt von euch zu mir mein dyner, der Lebon, mit zweyerley ewerm schreiben, welche bede Wilden datiret, das erste den 16, das ander den 17 Marcii.

Im ersten verstehet ich, wy euch mein schreiben bey Lebon worden und wes ir der sachen halber euch bewust mit meinem gnedigsten hern geredet, wy sich s.mt. entseczt und entferwet und wes geantwort, wes auch mit zauberei und anderm dagdeglichen vortgestelt; auch was gemeinem sprichwort nach unordenlicher liebe phlege zu volgen, und das in summa kein rat mer verhanden noch helffe, sunder dauff und kresem verloren sey, auch wy der eltern gedacht, do ir doch auch guten und andern bescheid wisset etc. Dis alles, wie es hie in ein pundlichen kurcz gefasset, habe ich furwar mit herczlichem schmerczen und bekumernus, auch wehedagen meines herczens verlesen. Kan und mag anders nichts mer darzu thun noch sagen, alleint meinem lieben Got glagen, uber solche plindheit verscheinen und nicht achten, und das mann meinet, dy leut noch am seyl zu furen und zu bereden, als sey der eher grosser willen und volwort verhanden, do man doch gleichwol auch etwas weis, wyefil dy klocken geschlagen. Ich bitte aber meinen lieben Got, er wolle uns alle mit der straff, das uns die furnehmen zum herczlichsten leit ist, alleint strafen und kein andre als verderb land und leut volgen lassen, den uns allen furwar dis nit ein gleine straff und meinem lieben hern ein schmahe. Got behute aber und abermols vor verderb, krig, sterben und anderm, so hernach volgen mag, und das unsserm lieben hern auch hernach nach der freude nicht herczen leit volge. Do bitte ich Got trewlichen umb und dancke dem lieben Got, das ich mein gewissen kegen meinem gnedigen lieben hern bewaret und meiner phlicht und trewe nach das gethon, so ich schuldich; sol mir auch sofyl mer freude gewen, das ich mit warheit nicht zu beschuldigen, das ich einigen rat darzu gewen und das ich euch zu zeugen habe, was ich gethon aber nicht etc.

Was aber den andern artickel belanget, k.mt. zug in dise landt, bedancke ich mich kegen euch ewers anzeigen. Wil mich darnach zu richthen haben und Got bitten, er wolle dy alte k.mt., ab man wol aus alter und schwacheit seins regements nicht hoch zu trosten, doch lenger erhalten, domit wir armen k.mt. unterthon auch seiner genissen mogen und in lang-wiricherm fride erhalten.

Dy meste mussen nunmer beruhen, den es auch zu spat und mir ser betrublich, das ich spuren sol, das k.mt., mein g.h., in einem solchen geringen, do doch s.k.mt. den danck erlanget, sich ander leut abraten lassen und ich nicht grossere gnad zu spuren, sunder besorgen mus, das in einem grossern fylmer s.mt., mir gnad zu erzeigen, abraten moge lassen, wie ich auch besorge, mit der littischen grenicz bescheiden. Do ich doch noch bitte, s.mt. wollen mir gnad beweisen und mir mein gemute doch auch einmol zu ruhe stellen, do ich doch nit mer bitte, wollen mir ier mt., wy ich doch ein hochers hoffe, ie nicht mer gnad erzeigen. Do doch, so ier mt. mir aus gna-den was gewen, nicht mir, sunder ierer mt. selbst gewen. Den ich und mein land ie s.mt. sein. Sowol mir doch ier mt. darzu behilflich sein, das nach laut briiff und sigel dy grecnzen geordert und dy armen untersassen nicht also geplaget, und einmol ruhe geschaffet werde, ich mich auch k.mt. gnad zu rumen.

Mit den leichten rossen wil ich k.mt. auf dismol auch nicht besweren. So es aber zu etwas, darfur ich doch Got herczlichen bitte, kumen solte, habe ich mein zuflucht zu seiner mt. Euch bitte ich aber, wolt mir einen

guten zeltner kaufen. Da wurt euch mein canczler<sup>1)</sup> gelt zu gewen und weiter allerley mit euch reden, dem ir glauben gewen wollet, den ich wil disen zeltner meiner lieben freundin einer schicken etc.

Das ir euch auch beschlislich kegen meiner liebsten dochter<sup>2)</sup> des anne-mens ewers dinstlichen erbitens und hinwiderumb ires gnedigen grusses und wunsches bedancken thut, wyl ich ir zu meiner widerkunft unangezei-get nit lassen, den ich weis, abwol dy gnad bey ir noch zur zeit anzuzihen, weil sy ein armes meidlen, das noch unfersehen, nicht gros gescheczet, das si euch doch, als den si erkent iren und meinen willigen, lieben und getre-wen diner, in allem guten gewogen und fyl eren und gutes gunnet. Zweifel auch nit, ir wert hinwiderumb irer im besten auch nicht vergessen etc.

Im andern briiff thut ir melden, das k.mt., meinem g. hern, ein bost von Krakaw ankumen, bey welcher geschriben, das ro.key.mt.<sup>3)</sup> alter k.mt. ge-schriben mit freuntlichem sunderm vernerem erbitten und unter anderm meines vettern marggraff Hanssen halben mit k.mt. gancz gnediglich ein-gelassen der zwispaltigen grenicz halber etc. Des bin ich hochlichen erfre-wet, hoffe auch, wy ich nit anderst zu raten weis, k.mt. werde kegen key.mt. darumb verhalten, domit alle freuntschaft gemeret und mein vetter, der allen k.m.t.en gern dinet, freuntlichen und gnedigen willen zu spu-ren werden haben. Und wolte wol k.mt. raten, das sein gnad sofyl bey alter k.mt. vorderten, domit erfahren wurde, das durch s.mt. vorderung der sachen zu ruhe geholfen; dardurch s.mt. auch ein freuntlichen keiser und s.k.mt. ein getrewen diner ir gewunnen, den s.mt. sehen dy wort wol an, als das in freutschaft und guter nachparschaft moge gelebet werden, also solt key.mt. sagen, wo nit hab ich das meyn gethon und mich verwaret, den dy welt ist itzunder gancz geschwindt. So dencke ich auch, das ir meldet, das bey leben alter k.mt. dye key [serliche mt.] nictes anfahen werde. Wolte aber Got, mein junger her were auch in solcher freuntschaft ader suchte dy wege, damit er bey key.mt. darein queme. Ich besorge mich aber, das dis s.mt. furnemen wenig nucz zu solchem geberen etc. Den abwol k.mt. ewerm schreiben nach sich mit euch wider in dy mainung eingelassen, das ier mt. wol vermercke, mir dy heirat entkegen etc., doch angehangen, wils aber Got, das ich der dag eins, wy ich nit zweifel, mit ym zusammen kumb, wil ich im, wy sich alle sachen und hendel zusammen tragen, genczlich anzeigen und nichts verhalten etc., mit dem anhangk, dobey es sein mt. pleiben lassen etc., musse ich auch bekennen, das mir furwar dise hand-lung nurnt umb s.mt. willen gar entkegen. Und zweifel nicht, s.mt. werde mich wol des handels allenthalben berichten, so ich nurnt auch kunte sehen, das s.k.mt. eren und estimation etwas damit gedinet; das ich doch nit sehen kan und mich ymerzu befaren mus, wy auch ewer schreiben weiter durch iren diner meldet. So wurt auch nit alleint von gemeinem man von allerley widerwillen in der Cron geredet, sunder auch das geschrey in gemeyn ausgebracht, man werde freude und kintdauffe kurcz aufeinander haben. Wo das hinsihet, weis Got, ich mus es Got mit herczigen weheclagen befelen und zu schreiben aufhoren etc. Und wil auch den andern punct mit der erbschaff[t] auch ruhen lassen.

Was aber betrifft dy zwispaldigkeit der fursten im Reich und ewer bit-ten, wurt euch mein canczler, sofyl ich weis und so es k.mt. auch wurt wis-sen wollen, auf ervordern nicht pergen und ist mir sundere freude, das ir ewer trewe kegen unserm hern also erzeiget, der liebe Got wurt ewer belo-nen sein und ich wils verdinen, auch zu Got hoffen, er werde k.mt. in dy erkentnus noch furen, das s.mt. unser beider trewe in gnaden yme nit misfallen wurt lassen, sunder fylmer daran gedencken etc. Befele euch den

lieben Got und euch nach Got meinen canczler; dem wollet in seinen sachen vorderlich erscheinen und euch, wie ich nit zweifel, kegen mir ein trewen diner erzeigen. Datis in eyle Rangnet am heiligen Palmdag anno 1958.

Albrecht marggraff und herczog etc.

1) *Ioannes a Kreitzen.*

2) *Anna Sophia.*

3) *Carolus V.*

N. 3114.

E Regio Monte, 27.III.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*cuidam Dobrisinsky [Dobrzyński?]*

*pro subdito suo Michaele Schmit intercedit et rogat, ne debitorem eius Thomam Lichtenstein, mercatorem, qui omnes merces suas per ipsius ditio- nem Dantiscum portare solet, libere cum bonis eius per ditionem suam transire sinat, sed arrestet et tamdiu detineat, donec subdito suo satisfa- ciat.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 591.

N. 3115.

E Regio Monte, 4.IV.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae et, mutatis mutandis, M.D.L. marscalco [Nicolao Radziwill]*

*morpionem regium Hincza (in ms. Hiencza) mandata, quae sibi a rege facete iniuncta esse asserebat, "tali, qua consuevit et potuit, prudentia" exse- cutum esse nuntiat.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 596-597.

N. 3116.

E Regio Monte, 6.IV.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Bonae reginae Poloniae*

*responsum, regi seniori ab imperatore in Comitiis Augustanis datum, sibi gra- tissimum esse nuntiat et rogat, ut, si quid praeterea a Stanislao Łaski acceperit, sibi significare velit.*

(Latine)

Cfr. El. XXX, NN. 414, 418.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 597-598.

E Regio Monte, 11.IV.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*rogat, ut annalibus induitiis, ab imperatore concessis, non penitus fidat et "ad quamvis inopinatam expeditionem" certum exercitum praesto habeat; Iacobum Secygniowski laudat et commendat.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 598-600.*

Regi Poloniae Iuniori, XI Aprilis.

Petit, ut rebus omnibus ita prospiciat et cum suis ita conveniat, ut certum exercitum habere queat necessitate ita postulante, nec sit contentus annuis induitiis a Caesare<sup>1)</sup> concessis. Postremo, ut Iacobum Zenzinowski<sup>2)</sup> pro servitore suscipiat, rogat.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrini Charissime.

Commendatur mihi ab Illustri, Magnifico et Generoso affine, fratre et amico mihi charissimo, Domino Ioanne Comite in Tharnau, nobilis Iacobus Zenzinawski<sup>2)</sup>, cuius virtus et encomion satis iusto celebratur testimonio, praecipue autem cum in Germania iam industriae suae specimen dedisse dicatur, ut non incommodo quibusvis S. Regiae Maiestatis negotiis adhibendum censeam. Huius relatione didici sparsum de terris Prussiae rumorem non omnino contemnendum, aut securitati acquiescendum esse, quemadmodum illa plenius ex ipso S. Regia Vestra Maiestas cognoscere dignabitur.

Interim S. Regiam Vestram Maiestatem celare nequeo Serenisimam Reginam Poloniae<sup>3)</sup>, S. Regiae Vestrae Maiestatis parentem pientissimam et Dominam meam clementissimam, non ita pridem quaedam ad me de pacificatione terrarum Prussiae in spatium unius anni obtenta scripsisse. Quod etsi auditu iucundissimum, tamen ut nunc sunt tempora quantumque intelligo ex praefato Zenzinawsky, induitiis istis annalibus non penitus animum adiiciendum esse, sed rebus omnibus matura deliberatione compositis, ita providendum operae pretium puto, ut temporis et quibusvis incidentibus periculis eo maiori cum apparatu occurri possit, praesertim autem cum relatum ad me sit, etsi turmarum ductores iam conscripti armisque imperatum sit, de stipendio tamen militari aut conducendis copiis nihil certi cum quoquam conventum esse. Accedit ad haec, quod equester ordo Regni Poloniae pro consueto salario militaturum se neget, et ut certo id sic se habere constet, ipse ex quibusdam equitum ductoribus a me privatim acceptatis coram audivi, qui eius rei sententiae omnes esse asseverarunt, quemadmodum et S. Regia Vestra Maiestas fusius ista ex Cancellario<sup>4)</sup> meo et fideliter mihi dilecto cognoscet.

Haec cum se ita habeant, S. Regiam Vestram Maiestatem, ut cuius praecipue res agitur, enixe rogatam facio, dignetur ista pro communi terrarum suarum salute altius in animum revocare, ut rebus omnibus ita deliberatis de exercitu suo ad quamvis inopinatam expeditionem aliquid certi sibi polliceri possit, consilium capere. Etsi nihil nos moveret calliditas ista Hispanica, sane exemplo ac aliena pericula cautioni nobis essent. Non addo repentinias et miserandas Germaniae mutationes, cui etsi sub specie rebellium illatum sit bellum, tamen eventum aliud peperisse constat,

idque tantum agitur, ut quibuslibet imperii[s] ad unum iugum servitutis redactis, authoritati et propriae potentiae eo melius consuli possit. Haec et similia S. Regiae Vestrae Maiestatis deliberationi calcar addant clementerque illud: nusquam tuta fides, ac ex aliis consilium capiat sibi, quod ex usu sit, perpendere dignetur.

Ipsum autem Zenzinowski, etsi florem adhuc aetatis agentem, utilem ad plurima S. Regiae Vestrae Maiestatis servitia obeunda censeo, nec tantum pro subdita mea fide consul, ut eum numero servitorum et honesta conditione dignetur, verum etiam officiose oro, ut meo nomine ipsum sibi asciscat, ut non tantum prorior inde ad quodvis genus officiorum reddatur, sed et hanc meam commendationem sibi profuisse sentiat. Nec dubito, quin S. Regia Vestra Maiestas, explorata ipsius industria, prae ceteris clementer ac gratiore de eo mereri conabitur. Haec S. Regiae Vestrae Maiestati subdite significanda duxi, quam divinae protectioni, me vero favori regio commendo. Datae Regio Monte.

#### Commissio Principis propria.

- 1) *Carolus V.*
- 2) *Secygnowski.*
- 3) *Bona.*
- 4) *Ioannes a Kreitzen.*

N. 3118.

E Regio Monte, 11.IV.1548.

*Albertus dux in Prussia*  
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*  
*litteras regias de homine quodam, qui tormentorum bellicorum magistros col-*  
*legerit eosque per Prussiam et Livoniam in Moscoviam traducere statuerit,*  
*se accepisse nuntiat et mandato regio paruisse; ipse regem ad vigilantiam*  
*ea in re hortatur.*

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 415.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1171 et K. 1172).

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 601.

N. 3119.

E Regio Monte, 12.IV.1548.

*Albertus dux in Prussia*  
*Andreae a Górką, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo,*  
*de variis novitatibus saepe inter se pugnantibus, quae sibi perferuntur; de*  
*necessitate vigilantiae potius quam incertae spei, etc.*

Cfr. El. XXXVIII, N. 1071.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 602-603.

Comiti a Gorkau, XII Aprilis.

Ad sermonem cum Zenzinowski<sup>1)</sup> se refert et si quod medium, quo ille afflictus commendatior esse S. Regiae Maiestati possit et alicubi tutius vivere invenerit, se quoque id, quod decet, facturum promittit.

Magnifice ac Generose etc.

Etsi merito de statu rerum omnium plurima nobis ad Magnificentiam Vestram perscribenda essent, ut eo melius rebus publicis consulere et impendentia cautius prospicere posset, tamen Magnificentiam Vestram latere nolumus plurima et inter se pugnantia ad nos referri, ut veluti in ancipiti, quid faciendum sit, haerere nos oporteat. Etsi enim quaedam de pacificatione ad nos perscribantur, tamen ex nobili Iacobo Zenzinowsski, qui nobis Magnificentiae Vestrae literas, II Aprilis datas, hisce diebus reddidit, varia et reliquis dissonantia cognovimus, ita ut nostro arbitratu statuerimus praestare vigilantes esse, quam insecuritati et incertae spei locum dare. Nec dubitamus, quin Magnificentia Vestra de rebus omnibus in hoc maturius sit initura consilium, dignabiturque Magnificentia Vestra ex praesentium exhibitore cognoscere, quos cum ipso sermones clementer secretius que contulerimus. Ac rogatam Magnificentiam Vestram facimus, velit ista, tanquam ardua, pressius animo secum perpendere. Nec infitias ire volumus nos citra arrogantiam pressis ex animo subventum velle. Verum Magnificentiam Vestram non latere arbitramur, quid S. Regia Maiestas in id genus casibus nobis edixerit, ut non culpandos nos existimemus, si in hoc damus operam, ne qua ex parte S. Regiae Maiestatis animum offendere videamur. Si vero Magnificentia Vestra hac in re aliquod medium invenire posset, quo S. Regiae Maiestati commendatior esse et in aliquo loco securius vivere queat, nos quidem in eo etiam promovendo de nobis nihil desiderari patiemur. Quod Magnificentiae Vestrae, quam feliciter valere exoptamus, significandum duximus. Datae Regio Monte.

Commissio Principis propria.

1) *Iacobus Secygniowski.*

N. 3120.

S.l., s.d. [post 12.IV.1548].

*Albertus dux in Prussia  
Benedicto Młyński, capitaneo Malavicensi,  
litteras eius cum querela de capitaneo suo Stradaunensi se accepisse nuntiat  
et capitaneo suo iniunxisse, ut ei iustitiam administraret.*

*Cfr. El. XXXVIII, N. 1081.*

*(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1171).*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 15v-16.*

N. 3121.

E Regio Monte, 13.IV.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, Samogitiae capitaneo,  
pro officiorum sincera oblatione gratias agit; pollicitatione eius subditis suis  
iniuria affectis iustitiam administrandi contentum se declarat.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 603.

N. 3122.

E Regio Monte, 14.IV.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae  
ad litteras regias, 16.III.datas, quibus postulabatur, ut cineres iam Caunae  
probati, a civibus Regiomontanis probandi causa diutius retenti, sine  
mora dimitterentur, respondet se hac in re regi morem gerere non posse,  
cum subditi sui Regiomontani privilegium habeant probandi omnes cine-  
res, qui advehuntur et venduntur ("hoc ius non ad meam personam, se ad  
civitatem meam Regiomontanam pertinet").*

(Latine)

Cfr. El. XXX, NN. 413, 430.

(Adest conc. Lat. et Germ., HBA, B, K. 1171).

Ostpr. Fol., vol. 53, 606-607 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 10-11).

N. 3123

E Regio Monte, 14.IV.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Cikowski de Wojsławice*

*de venia equites sibi per eum adducendi a rege concessa; de assensu suo, ut  
cum Procopio Sieniawski de ingressu eiusdem in servitium suum militare  
nomine suo agat.*

(*Schedula: de deditione sua regibus et Regno Poloniae; de rumore de rege  
iuniore sparsio dolenter a se lato*).

Cfr. El. XXXVIII, N. 1072.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 604-606.

Stanislaw Czikoffski, XIII Aprilis.

Scribit Regiam Maiestatem concessisse, et ut ipse serviat et alios adducat et sibi collegam asciscat. Se contentum esse significat, ut cum Domino Procopio agat et periculum faciat, an persuaderi possit et servitoris munus obeat etc.

Nobilis et Generose, fideliter nobis dilekte.

Grata nobis fuere ea, quae Generositas Tua nobis consulere videtur, nihilque inde aliud, quam debitum et sincerum Generositatis Tuae erga nos animum cognovimus. Ac Generositatem Tuam celare nolumus egisse nos cum S. Regia Maiestate Iuniore, Domino nostro clementissimo, de venia adducendi nobis per Generositatem Tuam equites. Quod S. Regia Maiestas Sua etiam de ascensendo Generositatem Tuae collega clementer facturam se recepit, opinamurque ea de re Generositatem Tuam ante adventum harum literarum regias literas accepturam, clementer postulantes, velit Generositas Tua talem collegam, qui ad honeste obeunda servitia nostra militaria idoneus sit, nostro nomine acceptare. Nec renuimus, ut Generositas Tua cum Domino Procop Sieniawski nostro nomine agat, si eum in spatium unius anni adducendo nobis tempore necessitatis ducentos equites in servitorem nostrum persuadere posset.

Porro Generositatem Tuam celare nolumus edixisse nobis S. Regiam Maiestatem Iuniorem, ne maius stipendum, quam ipsa Maiestas Regia, militibus daremus. Cum autem ex Generositate Tua perceperimusolle id nobilitatem Polonicam, non dubitamus, quin ipsa sic se erga S. Regiam Maiestatem sit exhibitura, ut considerata animorum militarum industria clementer se erga quemvis Maiestas Regia, ut ipsorum operam in promptu habeat, sit datura. Cuius ordinationi et nos conformes exhibebimus.

Pacificationem, de qua Generositas Tua scribit, libenter accipimus. Verum cum istis induitiis non sit fidendum, praestat vigilare, quam minis securos esse. Quod Generositatem Tuam facturam non dubitamus clementerque postulamus, quo pacto Generositas Tua cum quoque nostro nomine convenerit, id nobis quam primum significare non gravetur. Bene valeat Generositas Tua. Datae Regio Monte.

Commissio Principis  
Cancellarius retulit.

### Cedula

Quod Generositas Tua cedula literis inserta fideliter ea, quae e re mea esse putantur, quidque apud nobilitatem Regni Poloniae audiam, consultit, ea omnia clementer accipio, nihil inde aliud quam Generositatis Tuae sinceri erga me animi affectionem, uti fidum decet servitorem, colligens. Ac semper eius fui animi, ut me talem erga inclyatos Poloniae status gererem, ne quid de me conqueri iure quisquam posset. Eroque talis, donec vitalis spiritus hos reget artus, qui fidelis subditi munere functus, Serenissimis Dominis meis inclytoque Poloniae Regno etiam cum sanguinis ac omnium facultatum mearum profusione nunquam sum defuturus. Nec diffido, quin Generositas Tua tales sit mihi conductura homines, qui meae meorumque saluti, tam domi quam foris, bene consultum velint.

Tumultus, quos Generositas Tua nomine S. Regiae Maiestatis Iunioris spargi asserit, dolenter fero. Precor autem divinam Maiestatem, ut ad nominis sui gloriam quaevis impendentia pericula clementer avertere dignetur. Bene valeat Generositas Tua. Datum ut in literis.

N. 3124.

E Regio Monte, 16.IV.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*de morte regis senioris eum consolatur; suadet, ut – rebus omnibus neglectis – quam celerrime Cracoviam proficiscatur; rogat, ut legationem ad regem Daniae et principes ac electores Imperii, morte patris impeditam, absolvendam curet.*

*Cfr. El. XXX, N. 419.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 607-611.*

Regi Poloniae Iuniori, XVI Aprilis.

Consolatorium scriptum de morte Regiae Maiestatis Senioris, et quid hoc casu faciendum existimet, properandum videlicet Cracoviam etc. Postremo legationem, impeditam morte patris, absolvi rogat.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrini Charissime.

Perlatum ad me est, proh dolor, Sacram Regiam Maiestatem, Maiestatis Vestrae Regiae parentem pientissimum, Dominum olim meum clemensissimum, Dominica Paschae proxima spiritum Creatori suo reddidisse placideque in Christo obdormisse, cuius manibus dii sint propitii. Nec dubito, quin S.R. Maiestas Sua, cum piam et inculpatam vitam egerit, ac tandem honesta et veneranda aetate, exacto aerumnarum omnium curriculo, diem suum clausurit, iam aeterno fruatur piorum consortio meritoque divinitatis titulo sit donanda. Quam acerbus autem mihi sit luctuosus iste casus, verbis eloqui nequeo. Ac non possum non dolenter eum ferre, cum propter subiectiōnēm debitam, tum propter arctam sanguinis copulam et amorem paternum, quo me S. Maiestas Regia Sua clementer prosequebatur. Quam ingentem autem dolorem S.R. Maiestas Vestra, uti filius parentis pientissimi unicus uniceque dilectus, ex luctuoso obitu eiusdem conceperit, ipsa naturalis ratio dictat testemque sibi asciscit singularem amorem filiorum erga parentes, corporibus humanis divinitus instillatum. Accedit ad haec, quod S.R. Maiestas Sua Maiestatem Vestram Regiam adhuc florem aetatis agentem, gratissimum autem senectutis suaē fulcrum, nimis mature post se reliquerit. Non addo imminentia Regni pericula, tumultus horrendos et clandestina turbarum semina. Insuper quod plurima sine iusto ordine et indisposita ad S.R. Vestram Maiestatem devolvantur, ut nemo sit nisi scopus natus, quem non illa moveant merito.

Quoniam autem et maerori sacrae literae modum esse volunt, lenius dolorem hunc, quantum imbecillitate humana poterit, S.R. Vestra Maiestas ferre dignabitur, praecipue cum ista aetas nihil videatur novi parere, cumque omnibus hominibus ab archetipo Creatore omnium inde usque ab initio suprema dies destinata sit, qua ex hac mortali et caduca vita semel discedendum est. Postea vero iuxta verissimam et immutabilem promissionem unici salvatoris nostri Iesu Christi omnes huic promissione firmiter

credentes in sinum Altissimi involent et coheredes vitae aeternae fiant. Ea moderatione leniter omnis acerbitas et dolor mortis christianis ferendus est. Accedit et hoc consolationis, quod S. Maiestas Regia piae ac foelicis memoriae (quoniam vitae pensa sancte absolvit) novissimo tempore ad aeternam et glorificam vitam resurrectura sit ac in conspectu Sanctissimae Trinitatis una cum omnibus angelis, piis patribus, prophetis ac christifidelibus sempiterna laetitia perfruitura. Additur his omnium maximis consolationibus, quod hic fatalis casus immutabilis sit, ideoque Deo, cuius nutu fiunt omnia, quantum humana infirmitas patitur, committendus.

Cum autem iste casus a Regno S.R. Vestra Maiestate absente contigerit, pro ea fide, qua S.R. Vestrae Maiestati obligatus sum, sincero pectore suadeo et consulo, ut, rebus omnibus neglectis, recta Cracoviam quam poterit velocissime properet, arcem ac solium paternum occupet, nec quicquam se ab eo retrahi patiatur. Et si quid aliud prae manibus habet, ut vulgaris passim iam spargitur fama, enixe S.R. Vestram Maiestatem oro, obtestor, obsecro, dignetur id tantisper suspendere, donec rebus omnibus in tranquillum redactis prius ea, quae necessitas postulat, in effectum producat. Praecipue autem eo nomine, quod advertam animos subditorum Regni Poloniae graviter erga S.R. Vestram Maiestatem exacerbatos esse, ut praestare ac operae pretium fore videatur in id S.R. Vestram Maiestatem incumbere ac sollicitam esse, quibus remediis curari ac reconciliari possint, ut eo redigantur, ne S.R. Vestrae Maiestati debitam obedientiam detrectent, aut regiam autoritatem, taceo graviora, subterfugiant, sed ad quaevis imperata, uti parenti eiusdem colendissimo, se morigeros et benevolos exhibeant. Quicquid ego pro mea virili in eo promovendo praestare potero, omnibus viribus et facultatibus meis S.R. Vestrae Maiestati nunquam sum defuturus.

Caeterum, quod S.R. Vestra Maiestas me per Cancellarium meum<sup>1)</sup> certiorem reddidit, quid obstet, quominus Magnificus Dominus Palatinus Marienburgensis<sup>2)</sup> etc. et strenuus Ioannes a Werden legationi ad Serenissimum et Illustrissimos Principes, Regem Daniae<sup>3)</sup> ac reliquos Electores et Imperii proceres, designari possent, non dubito, quin iam curata ea sint omnia. Postquam autem S. Regia Maiestas Senior in vivis nunc desiiit, necesse est mandata ea et instructiones mutari ac S.R. Vestrae Maiestatis titulo assignari, ne quid eorum, quo Reipublicae consuli posset, negligi videatur. Quare S.R. Vestrae Maiestati consulo ac summopere eandem rogatam facio, dignetur utrumque eo locorum, quemadmodum antea a me petitum, obeundae legationi deputare. Spes enim est fore, ut fideliter et maiore cum fructu quam quisquam alias, quemadmodum fusius S.R. Vestra Maiestas per Cancellarium meum edocta est, mandata sua exequatur. Iterum atque iterum vehementer S.R. Vestram Maiestatem pro debita mea subiectione et fide orans, dignetur id negotii, quod meditari dicitur, differre, idque, in quo et populi et salus propria consistit, potiore loco pone-re, ut se, relicitis omnibus remoribus, in Regnum Poloniae quam primum conferat, ne quid ibi dignitas regia detrimenti capiat, aut ex parva scintilla ingens, ut dici solet, oriatur incendium. Factura hac in re S.R. Vestra Maiestas rem suae dignitati et eminentiae, postulante sic summa necessitate, conformem egoque, si precibus hoc meis dederit, magni id muneris loco ponam. Ac bene et foeliciter S.R. Vestram Maiestatem valere percupio. Datae Regio Monte.

1) *Ioannes a Kreitzen.*

2) *Achatius Czema.*

3) *Christianus III.*

*E Regio Monte, 16.IV.1548.*

*Albertus dux in Prussia  
Bona regiae Poloniae  
de morte regis coniugis eam consolatur.*

*Cfr. El. XXX, N. 420.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 611-614 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 16-18).*

Ad Reginam Poloniae, XVI Aprilis.  
Consolatorium et promittit suam operam.

Serenissima Regina etc.

Sic mala sunt vicina bonis, Serenissima et Clementissima Regina, ut nihil propemodum in rebus humanis tam laetam pree se ferat faciem, cui non aliquid amari admixtum sit. Atque ita plerumque accidit, ut maior malorum cumulus sese offerat, quam fuit id, quod nobis aliquid solatii attulisse visum est. Id, proh dolor, tristissimo casu Serenissimi ac Potentissimi Principis, coniugis Vestrae Reginalis Maiestatis charissimi et Domini mei clementissimi, quem in festo Paschatis diem suum obiisse, licet non a Vestrae Reginalis Maiestatis servitoribus, tamen ab aliis certo accepimus, manifeste comprobari potest. Ut enim id mihi paulo ante auditu gratissimum fuit, quod propter summam Suae Regiae Maiestatis autoritatem, tam matura aetate tanque foelici Regni sui administratione confirmatam et conspicuam, a Caesarea Maiestate<sup>1)</sup> pax certa unius anni cursu, quod tempus haud dubie, fatis volentibus, facile prorogatum fuisset, impetrata esset, ita haec tristissima nova ita animum meum maerore affecerunt, ut nihil tristius hisce praesertim violentis temporibus, quibus cuncta in [perniciem] ruitura videntur, accidere potuisse. Praeterquam enim, quod varii generis ex huiusmodi mutatione pericula metuenda sunt, quae Suae Maiestatis prudentia, Domini mei clementissimi, hactenus irrita fuerunt et summa aetatis venerandae reverentia caveri amplius potuissent, accedit sanguinis coniunctio, quae privati etiam multum doloris addit. Nemo namque est, qui non omni humanitatis sensu caret, qui non communi illa generis humani calamitate moveatur, nedum propinquorum, quos longiore ob excellentes virtutes animique dotes vita dignos arbitramur, casum doleat. Sed quid tandem? Communis ea fortuna est, quam nec clarissimo stemmate nati effugiunt. Quamobrem, Serenissima Regina et Domina Clementissima, quamvis impossibile sit propter naturales stimulos, qui tam altas in natura radices egerunt, ut evelli haudquaquam possint, nisi hominem penitus tollas, dolorem plane abiicere, tamen me non parum consolatur, quoties rei necessitatem et quidem inevitabilem considero. Quae res, Serenissima Regina, aliquomodo lenire, si non tollere, maestitiam debet, modo Reginalis Vestra Maiestas eius mali caussas considerabit. Si enim quisquam adeo non esset peccato obnoxius, ut nullo genere teneretur, hac ruina et corruptione non indigeremus. Sed quia omnes in peccatis concepti sumus, et alioqui etiam multa ex imbecillitate humana accident, necesse est poenam quoque sequi. Quae equidem si magnitudinem delicti aequaret, longe esset intolerabilior, nec aliquo certo termino concluderetur.

Quamobrem, cum nos reos esse confiteamur non temporalis, sed aeternae mortis, merito nobis misericordia Christi et beatioris meliorisque vitae

spes consolari debet. Nullum enim mihi dubium est, quin Reginalis Vestrae Maiestatis coniunx charissimus et Dominus meus clementissimus cum omnibus fidelibus, qui sanguine Christi notati sunt, Christo venienti summo gaudio obviam iturus sit. Ibi Reginalis Vestra Maiestas Suam Maiestatem contuebitur et pristinum amorem praesentia renovabit, qui amor eo maior erit, quo nos omnes perfectiores futuri sumus. Et quamvis, si res ipsa consideretur, mors sane res miserrima est, cum tamen per eam quasi per portam, non hercle sine amaritudine, in vitam mediante Salvatore ingrediamur, maius bonum rationem minoris mali tollere plane debet, modo non de mortuorum beata resurrectione desperare videri velimus.

Postremo, Serenissima Regina et Domina Clementissima, si quicquam ex meo subdito studio solatii capi potest, polliceor meam operam Vestrae Reginali Maiestati in nulla parte, quam vires meae ferunt, defuturam, hocque et ob Serenissimi Regis necessitudinem et beneficia multiplicia, quae iam enumerare non est locus, et Vestrae Reginalis Maiestatis benevolentiam singularem, quae quidem tanta semper in me fuit, ut vix cogitatione magnitudinem assequi queam. Haec volui Reginali Vestrae Maiestati scribere, non quod dubitarem Vestram Reginalem Maiestatem ita in verbo divino institutam esse, ut per se tristitiam pellere possit, sed ut summum meum maerorem cognosceret et exemplo aliquo ad tolerandam crucem, quae voluntate divina nobis imposita est, commonefieret. Datum Regio Monte.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii  
Princeps audivit.

1) *Carolus V.*

*N. 3126.*

*E Regio Monte, 16.IV.1548.*

*Albertus dux in Prussia  
episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski] e, mutatis mutandis, Ioanni Tar-  
nowski  
rogat, ut regem adhortetur, quo omnibus aliis posthabitis in Poloniam se con-  
ferat.*

*Cfr. El. XXXVIII, N. 1089.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 614-616).*

**Episcopo Cracoviensi, mutatis mutandis Comiti a Tharnau, XVI Aprilis.**

Petit, ut et ipse suadeat et adhortetur Regiam Maiestatem, ut se quam primum in Poloniam conferat, posthabitis aliis omnibus.

**Reverende in Christo Pater, Amice ac Frater nobis Charissime.**

Satis mature Regis Serenissimi Poloniae ac Domini nostri clementissimi inopinatam mortem, quam Vestra Illustritas forte metu molestiae,

quam nobis allatura esset, non significandam hactenus duxit, ex aliis certis hominibus compertam habuimus. Miraremur enim alioqui, nisi hanc praetermissionis causam assignaremus, quamnam ob rationem tantam rem non celerime ad nos R. Vestra Paternitas perscripsisset. Et quantum inde doloris, quantum aerumnarum perceperimus, non verbis ita exprimere possumus, quam Vestra Illustritas, utpote quae animum nostrum perspectum habet, cogitare et coniicere sine nostro iudicio potest. Si enim nulla caussa maeroris ex necessitudine tam propinquia, summo amore ac benevolentia oriretur, omnis generis pericula ad id sufficerent. Non enim obscurum est, quanta mala, in tali praezerosum statu et talibus temporibus, saepe mutatio Regnum pepererit, ut argumentis nullis opus sit, quibus res manifestior fiat.

Quam ob rem quam primum S. Regiae Maiestatis Senioris casus ad nos pervenisset, duximus Regiam Maiestatem Iuniorem diligenter commonefaciendam esse, quo se, quoad fieri posset, citissime in Regnum Poloniae conferret ac sedem Serenissimi patris, Domini nostri clementissimi, antequam aliquid novi tentaretur, occuparet. Quod nos consilium cum saluberrimum putemus, non ambigimus, quin idem a Vestra R. Paternitate Suae Regiae Maiestati suasum sit. Cum enim ea R. Vestrae Paternitati nota sint, quae propria manu de conscientia negotio scripsimus, et hic tristis casus acciderit, maior Vestrae R. Paternitati promovendi nostri consilii et impediendi aut tollendi illius negotii occasio data videtur. Tantum enim Regiae Maiestatis interest mature id, quod suasimus, exequi, ut omnes aliae res postponendae sint et id tantummodo efficiendum, ut animi subditorum, qui nonnihil exacerbati sunt, reconcilientur et Regiae S. Maiestati bene velint. Quod nisi fiet, facile cogitat est, quantum difficultatis et periculorum metuendum sit. Quare R.V. Paternitas faciet se dignum officium, si sedulo ac summo studio negotium hoc promoverit, ut nihil in R. Vestra Paternitate defuisse dici queat. Haec voluimus R. Vestrae Paternitati brevibus significare, quam adhortamur, ut hanc calamitatem moderate nobiscum ferat et necessitatem humani generis consideret, quod evitari non potest, ita hominis parum constantis est, postquam acciderit, non posse maerori modum addere.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii.

N. 3127.

E Regio Monte, 16.IV.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Spytconi Tarnowski, castellano Wojnicensi, R.P. thesaurario,  
tempore solutioni destinato iam elapso, nondum persoluti sibi annui stipendi  
eum admonet et rogat, ut Marienburgi sibi numeretur vel, si id fieri non  
possit, in manus Ioannis Patzko, civis Cracoviensis, tradatur.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVIII, NN. 1073, 1080.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 748.

N. 3128.

S.l., 17.IV.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Patzko, civi Cracoviensi,*

*de annuo suo stipendio se scripsisse nuntiat Spytkowi Tarnowski, Regni Poloniae thesaurario, et rogat, ut 4000 florenorum nomine suo ab eo recipiat, eam Gedanum transmittat et thesaurario acceptae pecuniae recognitio-*

*nem porrigat.*

(Germanice)

Cfr. El. XLV, N. 63.

Ospr. Fol., vol. 45, ff. 11-11v.

N. 3129.

E Regio Monte, 17.IV.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,*

*litterarum exhibitem commenda et suadet, ut ad litteras sibi mittendas opera eius utatur.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, f. 11v.

N. 3130.

E Regio Monte, 18.IV.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Andreae a Górką, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo, se regi suassise nuntiat, ut omnibus aliis postpositis se quam ocissime in Regnum conferret et solium paternum occuparet; nunc autem rege aliud moliente, rogat, ut eum a proposito [matrimonii cum Barbara Radziwiłł ineundi] removere conetur.*

Cfr. El. XXXVIII, N. 1087.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 620-621.

Comiti a Gorkau, Castellano Posnaniensi, XVIII Aprilis.

Rogat, ut velit Sacram Regiam Maiestatem a proposito retrahere sua autoritate.

Magnifice ac Generose, Amice, Frater ac Compater nobis percharre.

Cum cognovissemus S. Regiam Maiestatem Poloniae Seniorem, Domini olim nostrum clementissimum, ex humanis discessisse, dici vix potest, quantum ea res nobis maeroris pepererit, cum propter plurima

venerādae istius aetatis commoda, tum vero quod in isto periculorum cumulo ac imperiorum mutationibus superstitem eam esse plurimum retulisset. Non addimus graviora, ut nemo sit nisi scopus natus, quem non ista moveant merito. Econtra vero cum nobiscum reputamus, quemadmodum edocti sumus, Maiestatem eius Regiam pia devotione et vera in Christum fide ad extremum vitae halitum persritis, sapienterque ac magna adhuc praeditum prudentia diem extremum clausisse, non parum inde nobis consolationis accedit ac eo lenius omnis dolor nobis ferendus esse videtur. Cumque ea nobis semel tandem sit calcanda via ac inevitabilis ordo sic poscat, Deo, cuius nutu fiunt omnia, committendum et hunc casum ducimus.

Quoniam autem summa S.R. Maiestatis Iunioris necessitas nunc exigit, ut ipsa se quam ocissime in Regnum conferat, pro debita nostra fide et subiectione, quantum fieri potuit, suasimus Maiestati eius Regiae, ut, relatis rebus omnibus, solium paternum occuparet. Itidem et Magnificentiam Vestram consuluisse non dubitamus. Cum autem procul dubio Magnificentiam Vestram non lateat, cui etiam summopere displicere scimus quid S. Regia Maiestas moliatur, summopere eandem petimus, cum in eo et Magnificentiae Vestrae suffragium et autoritatem requiri necesse sit, ne consentire dignetur, etiamsi praetendatur factum iam esse, ergo infectum fieri non posse, tamen quantum poterit caveat ac impedit, ne ea res, tanquam Rege indigna, in effectum perducatur. Praecipue vero cum Magnificentia Vestra prudenter secum colligat, quantum inde periculi, mutationum ac intestini odii semina oritura sint, quantumque denique Maiestatis Regiae dignitati tam apud suos, quam exterios, detractum eatur. Tacemus totius Regni incommoda ac labantem Reipublicae salutem. Quare etiam atque etiam Magnificentiam Vestram rogatam facimus, dignetur pro singulari suo erga S.R. Maiestatem foelicis ac piae recordationis amore Maiestatem Regiam ab incepto et proposito retrahere, ne quid regia existimatio hisce periculosus temporibus detimenti capiat, aut a paternis virtutibus degenerasse dicatur. Nos, quantum in nobis fuit, nihil praetermisimus, nec adhuc in nobis quicquam desiderari patiemur. Factura autem Magnificentia Vestra rem et se dignam et Reipublicae salutarem, nobis vero pergratam ac mutuis studiis recompensandam. Datum Regio Monte, ut supra.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii.  
Andreas Montzer.

N. 3131.

S.l., 20.IV.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Kopp (Koppen), civi Gedanensi, factori regio in Samogitia,  
querelas eius de teloneatore Labiens, quod merces regias sine telonei solutione  
libere transvehi non permiserit, vanas esse asserit, cum eiusmodi merces  
signo regio et sigillo ac subscriptione eius caruerint.*

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 45, f. 12.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*de morte patris eum iterum consolatur; consilium et auxilium suum in omnibus promittit et rogat, ut sibi eas quoque res aperire velit, quae se forte hactenus latuerint; suadet, ut omnibus altis posthabitis, "et praecipue eo negotio, quod iam prae manibus est", se in Poloniam conferat.*

*Cfr. El. XXX, NN. 416, 419.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 618-619.*

Regi Poloniae Iuniori, XXII Aprilis.

Consolatorium, ac petit, si Maiestas Regia uti suo consilio voluerit, ut res quasdam ignotas aperiat. Suadet autem in genere, ut in Poloniā se conferat etc.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Accepi S.R. Vestrae Maiestatis literas, quibus obitum Serenissimi parentis sui indicare mihi dignatur. Quod cum antea quoque cognitum haberem, factum est, ut proprium meum tabellarium ad S.R. Vestram Maiestatem ablegarem. Facile autem colligo S.R. Vestram Maiestatem patris colendissimi, Domini mei clementissimi, mortem animo admodum molesto ferre, cum sanguinis coniunctio maior esse nulla possit, tamque excellentes cuiuscumque generis virtutes et pietatis christianaē amor tam ardens in eo fuerit, ut peregrinos et exterios etiam homines summopere sibi devinxerit. Magna enim vis in pietate posita est, ut, nisi haec reliquis animi ornamentiſ et honestiſ conatibus lumen addat, quasi ſitu quodam obducti languescant. Quamobrem cum ad reliqua omnia imperii Suae Regiae Maiestatis clementissimi ac moderatissimi decora huius quoque studium accederit, merito omnes S.R. Maiestatis interitum et casum luctuosum hisce temporibus praesertim periculosisſimis dolenter ferimus. Cogitandum tamen interim nobis est, ut luctui finem quendam imponamus, ne videamur hominem reliquorum animantium loco habere, in quibus anima ita corpori coniuncta est, ut extra illud nec esse, nec ullo momento existere possit. Quod cum ab omni christianitate alienum sit, non spero, immo nec suspicor Vestram R. Maiestatem in eam sententiam descendere. Sacrae enim literae docent omnibus mortalibus propter peccatum, quod in omnium natura haeret, per mortem quasi per portam in vitam aeternam transeundum esse, ubi ex aspectu Dei omnipotentis tantum gaudii capient, ut nulla lingua humana id ipsum proloqui possit. Quo cum Serenissimum Regem, patrem Vestrae Regiae Maiestatis colendissimum et Dominum meum clementissimum, certum sit migrasse, moderate et sicuti hominem christianum decet, Vestra Regia Maiestas huius discessum ferat. Quod R. Vestra Maiestas plurimum cupit, ut consilio et auxilio R. Vestrae Maiestati adsim re sic postulante, de eo hoc responsum velim: me eum semper futurum, quem R. Vestrae Maiestati fore toties promisi. Consilio libenter Vestrae Regiae Maiestati hoc tempore, quantum pro mea tenuitate fieri posset, succurrerem, si earum rerum, quae me semper hactenus latuerunt et forte magni momenti sunt, notitiam aliquam haberem. Quare Vestram Regiam Maiestatem subdite peto, si uti meo consilio voluerit, ut eas mihi

clementissime aperiat. Quo pacto enim aliter Vestrae Regiae Maiestati, quasi in ignota regione errando, prodesse quicquam possim, non video.

Postremo, Serenissime Rex, hoc mihi, ut in genere loquar, consultissimum videtur, ut R. Vestra Maiestas quam primum sine ulla mora, posthabitis omnibus aliis rebus, et praecipue eo negotio, quod iam prae manibus est, plane rejecto, se in Poloniā conferat, ibi patris sedem occupet ac subditorum animos, qui mirifice R. Vestrae Maiestatis facto exacerbati sunt, reconciliet. Quod ut faciat R. Vestra Maiestas, eandem per Deum obtestor et obsecro. Cogitent enim Vestra Regia Maiestas, quid futurum sit, nisi hoc mature satis fiat. Haec breviter R. Vestrae Maiestati, cui plurimum boni et foelicitatis precor, significanda duxi. Datum Regio Monte.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii.  
Iohannes Wild.

N. 3133.

*E Regio Monte, 25.IV.1548.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*rogat, ut mandare velit, quo annum suum stipendium sibi numeretur; ad thesaurarium Regni, Spytkonem Tarnowski, se ea de re iam scripsisse nuntiat, nihil tamen hactenus consecutum esse; exemplum litterarum thesaurarii (3.IV.1548 datarum) transmittit.*

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 421, El. XXXVIII, N. 1073.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 622 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 45, f. 12v).

N. 3134.

*E Regio Monte, 25.IV.1548.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*pro Reinoldo Crackau, "bonae spei adolescente", cum publicano quodam Lublinensi negotium habente, intercedit et rogat, ut mandatum defuncti regis senioris in eius causa latum, scil. ut ei pannus 4000 aureorum valore, a publicano illo iniuste et sub falso praetextu ereptus, restitueretur, exsecutioni mandetur.*

(Sub textu: Eadem forma mutatis mutandis scriptum est Episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski] et Doctori Hosio).

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 624-625.

E Regio Monte, 25.IV.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Jabłonki*

*albo servitorum suorum se eum libenter ascripturum et pro ductore equitum  
recepturum esse nuntiat, dummodo id consensu et licentia regis fieri pos-  
sit.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXVIII, N. 1078.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 623-624.*

E Regio Monte, 26.IV.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*suadet, ne nimis tribuat securitati, quam non tantam esse putat, quanta a non-  
nullis credatur, nec annuis induitiis nimiam fidem adhibeat.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 625-626.*

Regi Poloniae Iuniori, 2 Aprilis.

Rogat, ne annuis induitiis nimium fidatur et securitas tanta sit, quan-  
tam esse cognovit, ne hosti ansa praebeatur etc.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Cum ex mandato S. Regiae Vestrae Maiestatis consiliarios meos ad Comitia Marienburgensis ablegassem, facta ipsorum relatione cognovi S. Regiae Vestrae Maiestatis terrarum Prussiae consiliarios tantum tribuere securitati, ut ne imparati quidem imminentibus periculis aliqua ratione occurriere studeant. Quae res ne huic tantum provinciae, verum etiam inclito Poloniae Regno plurimum detrimenti allatura sit, timeo. Ac si rata ea sic esse, et in posterum ita duratura sunt, invitus cogerer et meos subditos eius nomine deinceps non ita gravare. Utrum autem inde S. Regiae Vestrae Maiestati eiusdemque provinciis bene consultum videatur, non addo. Idque eam ob caussam tantum S. Regiae Vestrae Maiestati significo, ut hoc negotii pressius cum inclitis consiliariis suis animo expendendum suscipiat. Et si quae impendere pericula (quod ita futurum minime dubitabile) ex ista nimis secura dilatione cognoverit, ut matura deliberatione et tempestivo apparatu ita rebus omnibus consulatur, ne minia ista et plus quam periculosa securitas repentinae et insperatae hostium irruptioni ansam dedisse videatur Sacraque Maiestas Vestra Regia inermis offendatur, sed ut bellica ista armatura hosti eo magis formidabilis sit ac publicae saluti mediante divina gratia inde subventum eatur. Quicquid vero fortunae alea tulerit, id omne mihi cum S. Regia Vestra Maiestate commune erit. Quo pacto autem ea omnia in ordinem redigenda sint quidve eius rei nomine statuendum, id excellenti S. Regiae Vestrae Maiestatis iudicio

relinquo. Tantum hoc subdite oro, ne istis induitiis annalibus nimium locus detur, cum praestet in armis esse, quam tum demum, ubi serum foret mederi, consilium capere. Id S. Regiam Vestram Maiestatem pro subdita mea fide celare nolui, eamque diu sanam ac salvam esse cupio. Datae Regio Monte, ut supra.

Commissio propria idem audivit legere.

N. 3137.

E Regio Monte, 26.IV.1548.

*Albertus dux in Prussia  
Sigismundo Augusto regi Poloniae  
pro Hermanno a Bremen, consule Gedanensi, liberorum Iacobi Hofman tutores  
causam cum Ioachimo Wineke, defuncti Iacobi Hofman servitore, appellatio  
nem ad iudicium Caunense devolutam, habente, intercedit.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 627-628.

N. 3138.

E Regio Monte, 28.IV.1548.

*Albertus dux in Prussia  
Sigismundo Augusto regi Poloniae  
pro Ioanne a Werden, proconsule Gedanensi et capitaneo Novensi, intercedit et  
petit, ut villas Collen et Boyan, in districtu Gedanensi sitas et Iacobo Resse  
inscriptio oppignoratas, accedente consensu regio ad hanc rem necessaria,  
etiam ante dicti Iacobi mortem redimere possit.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 629-631.

N. 3139.

E Regio Monte, 28.IV.1548.

*Albertus dux in Prussia  
Stanisla Bojanowski, secretario regio,  
causam Ioannis a Werden, proconsulis Gedanensis et capitanei Novensis  
(quam ex Gabriele Tarlo ipsum cognitum esse scribit), commendat.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 628-629.

E Regio Monte, 28.IV.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,  
causam Ioannis a Werden (quam ex litteris ad regem datis eum cognitum  
esse putat) commendat et rogat, ut easdem litteras suas regi in manus pro-  
prias tradat et una cum Stanislaw Bojanowski causam apud regem promo-  
veat.*

(Germanice)

Cfr. El. XLIII, N. 70.

Ostpr. Fol., vol. 45, f. 13.

Neuhausen, 29.IV.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,  
pro diligentia, in litteris suis regi reddendis adhibita, gratias agit; minus  
durum responsum se a rege exspectasse nuntiat; rogat, ut se tempori cer-  
tiori reddat, an ad exequias regis senioris vocabitur; tres canes (qui  
Odium, Invidia, Infidelitas vocantur) regi mittit; petit, ut negotium Ioan-  
nis a Werden iunioris apud regem promoveat, quo bona Collen et Boyan  
a Iacobo Rosen (vel Resse) redimere possit etc.*

Cfr. El. XXX, N. 417, El. XLIII, NN. 63, 70.

2 sigilla. Autogr.

HBA, B, K. 1170.

Lieber her Derlein.

Aus ewerm jungsten bey dem Heideck an mich gethon schreiben, das am suntdag Jubilate worden, habe ich verstanden ewern fleis, so ir mit entphahung meiner hantschrift und auch k.mt. mit überreichung der andern furgewant, welche auch s.k.mt. alspaldt in sein schlafkamer tragen und übersehen etc., wes weiter fur wyderantwort gefallen, ich aus<sup>a</sup>) zugeschickter k.mt. widerschrift zu fernemen. Des thu ich mich kegen euch<sup>b)</sup> alles in gnaden bedanken und verstehet wol aus der widerschrift, das k.mt. etwas beweget, hette mich aber gleichwol solcher antwort von s.k.mt. nit verhoffet. Den wywol k.mt. sich duncken lassen, si kenne den meister, der solchs stafiret aber gevordert, wie ich den auch aus eingelegtem ewern zettel verstanden, das ier mt. zu euch gesagt, wy si an dem schreiben wol mercke, so ich an ier mt. vertrewlich gethon, solchs durch dy mutter etc. geschehen, mag ich das mit guter warheit euch schriftlichen wider sagen, das sich s.mt. gewislichen irren und nicht anderst hergeflossen, alleint wy das schreiben an s.mt. mitg[...] acht und was von mir beschehen, das ichs meinen trewen erenphlichten und plutterwantnus nach nicht umbgehen kunnen. Weil aber meyn wolmainung nicht mer nucz geschaffet, befele ichs

dem lieben Got, den ich auch herczlich bitte, er wolle alles zum pesten kerden und wenden, domit s.mt. fridlich in ier regement eingehe und regire zu den zeiten Nestory, und das alles gut werde. Den es were als gut, aber bos es wolle, werde ichs mit s.mt. ausstehen mussen etc.

Schick auch irer mt. widerumb dis klein briflein, welches ir s.mt. von meinentwegen dinstlichen überantworten wollet mit dem erbiten, wy sichts gepuret etc.

Zum andern verstehet ich, weil ir mit meinem canczler<sup>1)</sup> in der andern sach etc. alle gelegenheit angezeiget, das ir mich auf dismol weiter mit solchem nit bemuhen und das ir wol verstanden, weil nun der liebe Got unsfern lieben alten hern in seine gnad zu sich gevordert, das allenthalben mit der sach nummer bas und bequemer als vorhin vortzufaren, wy den verner ich aus ewerm schreiben von Krakaw innemen werde. Des bedanke ich mich abermols und hab, wy ir bereit von mir im andern schreiben verstanden, von meinem canczler alles wol verstanden, den lieben Got bittendt, er wolle allenthalben seine gnad und segen darzu verleyhen, das das beschehe, das zu erpreiterung seiner eren und allenthalben leib und sele am nuczten sey. Amen. Und wil weiter ewers schreibens erwarten. Besorge nicht mer als den geistlichen standt, der weren mochte, vertrawe aber Gottes gnade, der alles albereit ausersehen.

Was aber dy tritte sache angehet, lasse ich gar ruhen, angesehen, das vergewen prot zu essen nit nucz pringet. Das ir aber von k.mt., soyl in geheim, vernumen, das man phileicht mich nach Krakaw auf dy begrebnus vordern werde, bitte ich, wollet michs zeitlich verständigen, domit ich mich auch darnach zu richten. Zweyfel auch nicht, so es dy not erforderet, s.k.mt. werden mich verständigen, wy ich kumen solle etc., und domit ich unter wege und auch sunsten lager bekumen moge, in gnaden verschaffen lassen etc.

Ich schicke k.mt. III hunt der sibillen zucht. Bitte, wollet si k.mt. von meinentwegen überantworten, und heist de[r] schwarczest has, der punt neidt, dy huntin untrew. Hette ich sy hubscher, soltens s.mt. auch haben.

Doneben bitte ich euch, ir wollet mit k.mt., meinem g. hern, reden, s.mt. erindern des handels, in dem s.k.mt. mir zu gnaden meinem diner, dem jungen Hanssen von Werden, etzliche guler im Pauczker winckel, Collen und Boyan, so Jacob Rosen besiczet, gnediglich geben; darauf gedachten Jacob befelen, das er solche nach überantwortung des geldes hern Hanssen einreumun sollte; welches Jacob bewilliget, wy den alle handlung beyligend zu ersehen. Bitte derhalben ganzc gnediglich, ir wollet bey k.mt., m.g.h., umb meinentwillen erbiten; das s.mt. iren consent und gnedige bewilligung darzu thun wolle und mir solche zuschicken. Das wil ich nit anderst annemen, als ab mirs selbst beschehen, und umb sein mt. neben dem von Werden verdinen etc.

Den andern briff lass ich noch beruhen, wy oben mit dem vergewen brot, und wart alle dag des schreibens, wie in solchem verheischen. Auf dismol und in diser eyle nit mer, alleint seit Got in ewigkeit trewlich befolen. Datis in eile Newhaus den 29 Aprilis anno 1548.

Albrecht margraffc) und herczog etc.

a) *sequitur verbum expunctum.*

b) *supra lineam.*

c) *in ms. marggrag*

1) *Ioannes a Kreitzen.*

N. 3142.

E Regio Monte, 30.IV.1548.

*Cancellarius Alberti in Prussia ducis [Ioannes a Kreitzen]  
Stanislao Bojanowski, secretario regio,  
pannum Amsterodamensem nigri coloris, ab eo petitum, a duce Alberto ei dono  
missum iri nuntiat.*

(Latine)

*Conc. Lat., HBA, B, K. 1172 (in Ostpr. Fol. deest).*

N. 3143.

E Regio Monte, 2.V.1548.

*Albertus dux in Prussia  
Janus Latalski, palatino Posnaniensi,  
medicu suum Rupertum, quem sperat oculos eius in pristinum statum reduc-  
turum esse, se libenter ei missurum nuntiat, quamprimum ille domum  
redierit.*

*Cfr. El. XXXVIII, NN. 1066, 1096, 1098.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 631-632.*

N. 3144.

E Regio Monte, 2.V.1548.

*Albertus dux in Prussia  
Bernardo Pretwicz, capitaneo Barensi,  
hortatur eum, ut paratus sit, quo necessitate cogente cum certo equitum  
numero sibi servire possit; equum Turicum, quem in litteris tantum lau-  
dabat, sibi mitti et eius pretium indicari petit; "negotium Lithuaniae"  
(matrimonium regis cum Barbara Radzivill), quamquam dolendum, Deo  
committendum esse putat; rogat, ut summam 2000 aureorum ab Anna  
Odrowąż (ad quam se de hac re scripsisse nuntiat), exhibita recognitione  
et data quietantia, nomine suo accipiat.  
(Germanice)*

*Cfr. El. XLIX, N. 513.*

*(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1171).*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 13v-15v.*

*Albertus dux in Prussia*

*Bonae reginae Poloniae*

*pro significatione eorum, quae a Stanislao Łaski, ab imperatore redeunte, de negotio Pruthenico, in Comitiis Imperii tractato, cognoverit, gratias agit et nuntiat de conventu cum eodem Łaski suo se ita facturum, ut sibi a regina suasum sit; invitationem ad regis senioris exsequias cohonestandas accep-tat.*

*Cfr. El. XXX, N. 418.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).*

*Ostrpr. Fol., vol. 53, ff. 634-637.*

Reginae Poloniae, III Maii.

Agit gratias pro significatione eorum, quae in Comitiis in causa Prute-nica obtenta sunt, et scribit se ea, quae de invisendo Domino Lasko et cohonestandis exequiis regiis consultit, facturum.

Serenissima Regina, Domina Clementissima.

Redditæ mihi sunt Sacrae Reginalis Vestrae Maiestatis literæ, XVII Aprilis datae, quas debita reverentia accepi probeque omnia, quae iterando recensere supersedeo, intellexi, ac eas, quas debo, S. Reginali Maiestati pro favoribili et gratiosa animi sui erga me affectione ago gratias. Quod S.R. Vestra Maiestas per Magnificum Dominum Palatinum Syradiensem<sup>1)</sup> in negotio Prutenico hisce Comitiis Imperialibus obtenta recenset, simulque probationum, quas huic negotio utiles fore et conducere meminit, merita in hoc divinae Maiestati agendae sunt gratiae ac rogandus aeternus Pater, dignetur porro ad nominis sui gloriam, quemadmodum hactenus fac-tum, tranquilla et quieta esse omnia. Arbitror autem exiguo ingenii mei captu, eo nunc deliberationes omnes et consilia S. Regiae Maiestatis Iunio-ris, Domini mei clementissimi, statuumque Regni instituendas, aut iam maturari, ne quid inclytum Poloniae Regnum eique incorporatae provin-ciae detrimenti accipiant, sed ut pristina salute et incolumitate quiete frui possint, ita tamen, ne industiae istae annales nimium securitatis pariant. Quantum in me erit, dabo operam, ne quid in eo promovendo de fidelis vasalli Principis officio desiderari possit.

Ea, quae S.R. Vestra Maiestas de conveniendo aut invisendo Domino Palatino Syradiensi, ut ex eo animum Caesareae Maiestatis<sup>2)</sup> plenius cognoscam, consultit, non improbantur mihi facturusque sum ea, quae clementer suadere videtur.

Porro quod S.R. Vestra Maiestas annexit, facile eandem colligere me a S. Regia Maiestate Iuniore, Domino et consobrino meo clementissimo, ad sepulturam S. Regiae Maiestatis Senioris foelicis et piae memoriae cohonestam vocatum iri, addita regia suasione, ne hanc postulationem recu-sem, ingenue quidem hoc fateri ausim, fatalem hunc casum acerbum mihi doloris vulnus inflexisse, ut iustis de causis S. Reginali Vestrae Maiestati inclytisque Regni statibus condolendum esse putem. Quoniam autem ea homini iure inevitabili destinata est condicio, ut in totam mortalitatem radices egerit, ponendus est maerori modus et lenius, quod mutari nequit, ferendum. Itaque officiosissime S.R. Vestram Maiestatem rogatam facio, ut una cum progenie sua regia in isto luctu sibi temperet seque voluntati divi-

nae submittat, praesertim in iis, quae irrecuperabilia esse videt, cum quaevis molestiae graviores, quae originem ex maestitia ducere solent, ista moderatione caveri possint. Quae autem de cohonestandis Serenissimi Domini mei exequiis S.R. Vestra Maiestas mihi consultit, ea grato accipio animo, ac postulare id fidei et arctae necessitudinis vinculum fateor. Nec committam, ubi vocatus fuero, ut de obedientia mea in me quicquam requiri possit, ut singularem amorem et observantiam, qua S.R. Maiestatem, Dominum et avunculum meum olim clementissimum (citra iactantiam), reverenter habui ac veneratus sum, etiam defuncto praestitisse testatum faciam. Ac certo mihi persuadeo S.R. Vestram Maiestatem sua intercessione et autoritate apud Serenissimum filium suum inclitosque Regni ordines in hoc daturam operam, ut Ducatus huius possessione pacifica ac tranquilla frui ac gaudere possim, eoque directa iri S.R. Maiestatis ac procerum Regni consilia, qua ratione provinciam hanc feudalem defensam velint. Id quod se S. R. Vestra Maiestas in literarum suarum epilogo, quod grati muneric loco pono, haud obscure clementerque facturam annuit et promittit.

Ac id vicissim S. Reginalis Vestra Maiestas constanter sibi de me persuadeat, me eum fore, qui (considerata singulari clementia, qua me Serenissimus olim Dominus et avunculus meus prosequebatur) ad eum amorem, quo S. R. Vestrae Maiestati ac inclitae familiae regiae obligatus sum, officia mea debita, quoad vixero quantumque humanitus fieri poterit, pro summa virili mea sum additurus, consilioque, ope et opera ita adfuturus, ne Serenissimo Regi Iuniori aut Maiestati Vestrae Reginali regioque stemmati ac inclitis Regni ordinibus, mediante divina gratia, reprehendi aut merito culpari possim, neve S.R. Vestra Maiestas de sincero et benevolo animi mei erga eandem affectu quicquam in dubium vocet. Cuius gratiae cum me una cum filia charissima<sup>3)</sup> subdite officiosissimeque commendem, non tantum hoc oro, ut Domina mihi clementissima esse, sed et more Serenissimi consortis sui piae recordationis, qui me amore paterno fovit et filii loco habuit, materno affectu prosequi dignetur. Quod S.R. Vestram Maiestatem, quam foelicissime valere exopto, facturam persuasum mihi habeo. Id quod S.R. Vestrae Maiestati responsi loco subdite rescribendum duxi. Datum Regio Monte.

Commissio Principis propria.  
Andreas Montzer.

- 1) Stanislaus Łaski.
- 2) Carolus V.
- 3) Anna Sophia.

N. 3146.

E Regio Monte, 3.V.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Annae Odrowąż, e ducibus Masoviae,  
rogat, ut summam 2000 aureorum Bernardo Pretwicz suo nomine numeret et  
acceptae pecuniae recognitionem ab eo reposcat.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVIII, N. 1076.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 632-633.

N. 3147.

E Regio Monte, 3.V.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislaw Łaski, palatino Siradiensi,*

*Assuerum Brandt, consiliarium suum, quorundam negotiorum causa ad eum  
mittit et rogat, ut ipsi in omnibus fidem adhibeat.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 633-634.

N. 3148.

E Regio Monte, 3.V.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Ianussio Latalski, palatino Posnaniensi,*

*Rupertum Göckell, medicum suum, ab eo expetitum, ad curandum oculorum  
eius defectum ad eum mittit.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVIII, NN. 1066, 1096, 1097.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 637-638.

N. 3149.

E Regio Monte, 8.V.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarło, vexillifero Sandomiriensi,*

*de negotio quodam arduo, quod se magna sollicitudine et dolore afficere asse-  
rit, a Bernardo Pohibel eum plura cognitum esse nuntiat.*

Autogr.

HBA, B, K. 1170.

Lieber her Derla, guter freundt und lieber diner.

Von ewerm diner Bohibel hab ich diser dag ein credenczbriff, der zu Warschau geben, bekumen und auf dyselbige seine werwung, wie ich ynen ane das vertrawet weis glauben gewen, mir thudt aber das ein gar herczlich wehe, und ab ich mich wol kumern mag auch bis in den thot, so weis ich doch wol, das ich ane das sterben mus. Ab aber mir dis thun den thot zeitiger macht, das sey Got befolen und ergewen. Hab auch ewerm diner hinwiderumb an euch zu tragen in der sach befolen. Zweyfel auch nicht, er als der vertrawet werde stat und glauben in dem und anderm haben. Bitte auch durch Got, ir wollet euch in dem erzeigen unssern hern zu eren und gut, wy wir al zu thun schuldich, den ich wil an mir auch nichts erwinden lassen.

In der andern sach wert ir von im vernemen, das ich in kurcz einen boten bey k.mt., der euch auch sprechen wurt, haben werde. Zweifel nicht, wye ich auch bitte, ir werdet das bey der sachen thun, wy ich euch vertrawe, und kein nachlessigkeit erspuret. Das verdine ich in allem gepurlichen wider. Datis in eyle Kunigspurgk den 8 Marcii anno 1548.

Albrecht marggraff und herczog etc.

N. 3150.

S.l., 9.V.1548.

*Albertus dux in Prussia  
consulibus Caunensibus  
pro notario Labiens, ut debitam sibi a civibus Caunensibus, Bartholomaeo  
Bischoff et Conrado Knoff, pecuniam recuperare possit.  
(Germanice)  
Ostpr. Fol., vol. 43, f. 197.*

N. 3151.

E Regio Monte, 10.V.1548.

*Albertus dux in Prussia  
Nicolao Grabia, castellano Chelmensi, R.P. vicecancellario,  
pro officiorum oblatione, exemplo Christophori olim Szydłowiecki sibi facta,  
gratias agit et benevolentiam suam vicissim pollicetur; Ioannem Policki,  
ab eo sibi commendatum, se libenter in numerum servitorum suorum  
suscepisse significat; rogat, ut apud regem sui bene meminerit.  
(Latine)  
Cfr. El. XXXVIII, N. 1085.  
(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).  
Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 639-640.*

N. 3152.

E Regio Monte, 15.V.1548.

*Albertus dux in Prussia  
Nicolao Perrenot de Granvella, cancellario Caroli V imperatoris,  
pro gratificandi studio sibi oblato gratias agit et vicissim officia offert; Iacobo  
Secygnowski (Zenzinowsky), Ferdinandi ducis de Alba servitore, ad  
dominum suum redeunte, se ei negotia quaedam commisisse significat et  
rogat, ut ipsi suo nomine loquenti in omnibus fidem adhibeat.  
(Latine)  
Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 641-642.*

N. 3153.

E Regio Monte, 15.V.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Ferdinando duci de Alba*

*per Iacobum Secygniowski, ad eum redeuntem, ipsum salutat et rogat, ut oblata occasione se imperatori commendet; Iacobo Secygniowski, suo quoque nomine ipsi quaedam relaturo, plenam fidem adhiberi petit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 642-643.

N. 3154.

E Regio Monte, 16.V.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, R.P. exercituum capitaneo, excusationem eius, quod se de obitu regis senioris maturius non reddiderit certiores, clementer acceptat; ad coherestandas defuncti regis exsequias se libenter Cracoviam iturum nuntiat, si a rege iuniore vel Senatu Regni vocatus sit; de eis, quae in fine litterarum eius legerit [scil. de matrimonio regis iuniorum cum Barbara Radziwill], se malle coram, oblata occasione, cum eo conferre; rogat, ut de statu rerum omnium, de regis Cracoviam adventu et de sua ipsius Cracovia absentia sibi prescribat.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVIII, N. 1080.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 644-645.

N. 3155.

E Regio Monte, 17.V.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Petro Zborowski, castellano Malogostensi, curiae regiae magistro, quod prius ad eum non scripserit, maerore ex regis senioris obitu se excusat; orat, ut se de regis Cracoviam adventu et de rerum omnium statu certiorum reddat.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVIII, N. 1101.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 645-646.

E Regio Monte, 17.V.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,*

*pro negotii Ioannis a Werden apud regem promotione gratias agit; se semper  
iuxta regis voluntatem gerere promittit; responso regis de spiritualibus se  
valde oblectatum declarat; quod tres canes regi placuerint, gaudet; nun-  
tium de regis Cracoviam profectione exspectat.*

Cfr. El. XLIII, N. 70.

*Autogr.*

*HBA, B, K. 1170.*

Lieber Derle.

Ich hab ewer jungstes schreiben, bey Heidek mir zugeschickt und aus Breschke<sup>1)</sup> datiret, alles inhalts lesende verstanden, das euch durch inen mein schreiben worden, ir auch k.mt., unserm gnedigsten hern, meyn eigen schreiben überantwort; das ir auch mit irer mt. dy sachen, welche den jungen Hanssen von Werden antreffen, bey irer mt. auf das allerbeste, wy ir zu thun gewust, vortgestelt und was fur gnedige antwort ir widerumb erlangt etc., des bin ich allenthalben erfrewet und thu michs in gnaden bedancken. Weis mich auch zu erindern, was zuvor s.k.mt. dem vatter zu gnaden auch durch ewere getrewe hilfe beschehen und zugelassen. Weil den s.k.mt. sich abermols gnediglich erbitten, so her Hans noch über das einen sunderlichen consent begeret, das s.k.mt. auf mein weiter schreiben von Kraka aus sunderlich an Jacob von Resen thun wollen, des ich mich den auch kegen s.k.mt. aufs diinstlichst bedanke und zu ferdinen erbite. So ist an euch mein gancz gnedige und fleissige bitte, ir wollet nun bey k.mt. mit fleis anhalten, das mir ein consent an Jacob von Resen, dem den dy 2 dorffier mit irer einleibung auf sein und seines sones leben nicht abzulosen, verschriven gewen wolle, darin im auch befolen, das er und sein son hern Hanssen solche dorffera<sup>a</sup>) sambt inen eingeleibtena<sup>a</sup>) auch laut seiner bewilligung ubergewen und einreumenb), wy ich euch den zuvor des consencz ein abschrifte zugeschickt, und das mir solcher consent vorderlich zugeschickt, domit ich in hern Hanssen zu überantworten etc.

Was aber s.k.mt. weiter mit euch geredet, wy ewer schreiben meldet, des bin ich erfrewet und ist mir auch ane das demnach zu volgen nie anderst im sin gewest. Das aber in disem fal itzunder an den andern zu vordern gelangget, ist aus dem beschehen, weil ich mich besorget, ir mecht fileicht in der bewusten sach verriten sein ader aber in ewerem selbst euch ein zeit von hof aus dem weg gezogen, wy ich auch erfahren hernach beschehen, und doch der gedacht man, k.mt. diner und secretari, das gleichwol dy sach soyl eher gevordert ist solchs beschehen. Warumb ich bitte, mich bey s.k.mt. zu entschuldigen. Wil mich hirfur wol zu halten wissen etc.

Ich bedanck mich auch, das ir des handels, so von meinem canczler<sup>2)</sup> eingenumen, so fleissig gedencket, und wil newen dem, das ichs umb euch hinwiderumb in gnaden zu beschulden mich erbite, auch auf alles solcher ewerer verheischner schleuniger antwort erwarten, und bin sunderlich erfrewet der antwort k.mt., was dy geistlichen belanget. Zweifel auch nicht, das was der gnedige Got ausersehen, si nit werden aber sollen sturzen etc. Bitte auch den lieben Got, er wolle seine gnad und segen zur selen heil und seligkeit verleihen. Amen.

Und das dy trey hunde k.mt. wol gefallen, uberantwort und angenemb gewest, bin ich erfrewet, den worin ich nurt wuste s.mt. zu dinstlichem gefallen zu sein, ist mir alwegen das liebste. Das aber s.k.mt. euch einen versaget, ist nicht wunder, den es liebet auch einen iedern etwas. Ich wil aber sehen, das ich euch mit einem nicht lasse, aber sollicher farbe hab ich keinen mer, auch dis wurfs nurnt ein hundin, dy hab ich alreit beleget. Hab aber sunsten noch eine eines jungern wurffs, dy las ich zihen; so was daraus wurt, wil ich mich auch zu halten wissen, den mit dem ersten wurff ist mirs nit wol gangen, sindt gewonlich alle dot worden und wutendt.

Ir schreibt mir, das ier mt., was den zug nach Krakaw belanget, mit eigner post, darnach ich mich zu halten, zu erkennen gewen wolle. Den ehe s.k.mt. kegen Krakaw kumb, nichts eigentlichs bey sich beschlossen kunne etc. Des alles erwarte ich, der willige getrewe diner. Und bedancke mich abermols ewers erbitens, das ir mir nit verhalten wollet, wy hernachmols alle sachen verlaufen werden und sich zutragen. Bitte auch gancz fleissig und gnedig darumb und wil dy vorigen briif, welche mir alle zukumen, domit ich euch auch nit zu fyl bemuhe, weil auch nichts sunderlichs darin zu beantworten, ruhen lassen. Hilft uns aber Got, wie ich hoffe, in kurcz zusammen, wollen wir uns allerley unterreden. Befele euch hiemit gotlicher gnaden. In eyle Kunigspergk den 17 May anno 1548.

Albrecht marggraff und herczog etc.

- a)-a) *in margine*
- b) *pro expuncto: eingereumet suprascriptum.*
- 1) *Bresta (Brześć).*
- 2) *Ioannes a Kreitzen.*

N. 3157.

Kunigster, 27.V.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarło, vexillifero Sandomiriensi,*

*felicem regis in Regnum adventum auspicatur; regem architectis militaribus  
carere non posse arbitratur et suadet, ut unum, in servitio suo manentem,  
ab aliis etiam regibus desideratum, pro mercede conducat et opera eius  
utatur; alia "nota negotia" Deo committit.*

*Sigill. Autogr.*

*HBA, B, K. 1170.*

Lieber Derlaw.

Weil sich in den iczigen geswinden handlungen allerley zutragen, durch ich verursachet, m.g. her k.mt. aus den trewen phlichten, domit ich

s.mt. verwant, itzunder abermols durch meinen rat und diner, zeigern dises, zu ersuchen, habe ich nicht unterlassen wollen, ewer gesuntheit und euch mit meinem schreiben zu ersuchen. Den meinem abrechnen nach, so habe ich k.mt. als gestern vor datis zu Krawen einzukumen geurtheilen, den lieben Got bitten, das der eingang gluckselig und alles, was disem volgen werde, zur eren Gottes, k.mt. und der loblichen Cronen, auch allen eingeleibten landen und leuten zu wolfart, fride und ruhe, hernachmals zur ewigen seligkeit dinen moge. Amen. Solliches aber alles zu erlangen, wil unsser lieber Got trewlich darumb angerufen und gebetet sein. Hab auch wol etwas gestellet, aber in diser eyle nicht abschreiben kunnen. Ist aber Gottes willen, kan es in kurcz volgen.

Weil den dise leufte gar geswindt, wy ir auch von dem gesanten vernehmen werdet, was sich mitler zeit hern Laskys abscheid zugetragen, ich auch nit weisse, ab k.mt. mit zeugmeistern auch zur feste und sunsten pau-meistern versehen, hab ich, der getrew diner, unsserm g. hern zugut bedencken, das k.mt. one solche zu sein ein nachtheil. Kan mich auch nit anderst erindern, ich hab euch bereit von solchem geschriben etc. Zu einer merer sicherheit aber und domit ich ia nicht seumisch erfunden, hab ich auch zeigern, allerley mit euch darvon zu reden, auferlegt, und weis einen, der vor andern berumbt und erfaren, nur aber ist er zufyl in meinem peultel. Ich kunt aber k.mt. von solchem nicht abraten, das in s.k.mt. annemen, den ich weis, das k.w. aus Engeland<sup>1)</sup>, Franckreich<sup>2)</sup> etc. und noch einer nach im stehien. Ist ein guter von adel, erfarnher und kunstlicher gesel, der dem alten curfursten zu Sachsena<sup>3)</sup> alle seine festpewe gemacht, sein zeugmeister auch gewesen und wol diinst bey key.mt. haben kunte, aber er hat bedencken seins alten herns, und prauchen in itzunder dy von Danczig auch in irem pewen zu rat; was ich auch thu. Ich k.mt. zu rumb und bestem halte in noch auf, er wer sunsten im zug zu der kunig einem, aber in Denmarkt. Darumb bitte ich, ir wollet mit k.mt. daraus handeln, s.mt. gemuet erfaren und mich solchs vorderlich verstendigen. Den weil ich s.mt. zuvorn etzliche muster geschickt, wo er den man hette, derft s.mt. der muster keins, den er es alles paser angewen wurde kunnen, so ist er mit fewerwerckt und allem nurt geschickt. Darumb domit ich inen an seiner wolfart auch nicht verzihe, so bitte ich, ir wollet mich, sopald muglich, einen bescheid wissen lassen, darmit ich mich weiter zu richten etc.

In andern allen euch bewusten sachen warte ich ewerm schreiben nach und meinem jungern antwort und bescheide. Got gewe zu gnaden zumb pesten, zu gotlichem lobe und der selen heil. Daran ich nit zweifelle, abwol der satan durch<sup>2)</sup> manicherley geswinde list und practicen allerley vorhaben mag, so wurt doch Got stercker als der satan sein. Dem lieben Got und uns alle aber befele ich euch und mich. Datis in eyle Kunigster disen dag der Heiligen Treifaltigkeit, zu ein uren nachmitdags anno 1548.

Albrecht marggraaff der elter, in Preussen herczog etc.

*In dorso manu ducis Alberti:* Dem erwaren und erntfesten Gabriel Derrlein etc. zu eigner hant etc. In seinem abwesen Bohiwel etc. 48.

a) *in ms.* Saschen.

z) *sic in ms.*

1) *Eduardus VI.*

2) *Henricus II.*

3) *Ioannes Fridericus (a. 1547 electorali dignitate spoliatus).*

N. 3158.

E Regio Monte, 30.V.1548.

*Albertus dux in Prussia  
Annae Odrowąż, e ducibus Masoviae,  
iterum rogat, ut Bernardo Pretwicz, capitaneo Barensi, ex summa 4000 florenorum sibi debita, 2000 florenorum sine mora numerare velit et recognitionem persolutae pecuniae ab eo postulet; quo facto, quietantiam a se subscriptam ipsi exhibitum iri promittit.*

(Latine)

Cfr. El. XLIX, N. 515.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 646-647.

N. 3159.

E Regio Monte, 30.V.1548

*Albertus dux in Prussia  
universis  
cautio de summa 2000 florenorum, ab Anna Odrowąż Bernardo Pretwicz ex summa 4000 florenorum sibi debita nomine suo persoluta.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 648.

N. 3160.

E Regio Monte, 31.V.1548.

*Albertus dux in Prussia  
Bernardo Pretwicz, capitaneo Barensi,  
servitorem eius, Kittlitz, cum litteris suis ad eum et ad Annam Odrowąż (fraw Odrowaschin) nondum revertisse suspicatur, exempla earum mittit et contenta partim repetit: de 2000 aureorum summa, exhibita recognitione et data quietantia, ab Anna Odrowąż accipienda, de equitibus sibi, casu necessitatis, suppeditandis etc.; pro scriptis novitatibus gratias agit; sperat fore, ut praeter dolendum facinus, a rege commissum [matrimonium cum Barbara Radziwill], ipse pacifice et quiete regnare possit.*

(*Schedula: de 20 aureis servitori eius, Kittlitz, mutuo datis*).

(Germanice)

Cfr. El. XLIX, N. 515.

(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1171).

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 18v-19v.

*Albertus dux in Prussia*

*Andreae a Górká, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo,  
architecto, in arte aedificandi turres cum xystis versato, quem sibi mitti petebat, demortuo, nuntiat se adhuc memoria tenere, quomodo eiusmodi turres aedificantur, easque accuratius describit.*

*Cfr. El. XXXVIII, NN. 1097, 1103.*

*(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1171).*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 19v-21.*

An graven zu Gorckau, den 2 Junii anno etc. 48.

Uns ist e.l. schreyben durch den edeln und ernvhesten unsern besondern lieben, cum titulo, Achatien Zemen etc., Posnau den 23 May datirt, zukommen. Daraus wir, wes e.l. wegen eines baumeisters, der mit den aldanen zu verfertigen, umbzugehen wuste, schreyben und an uns begeren, verstanden. Wie uns dann berurter ehr Zeme disfals auch daneben geschrieben. Nun ist nicht ohne, wir wissen uns zu erinnern, das wir in unserem furstenthumb zwene thurm mit solchen aldanen verfertigen lassen. Der meister aber, der sie gemacht, ist verstorben. Doch wie dieselben baw, und sonderlich der eine, zugericht, haben wir noch in guttem gedencken, und hatt die gelegenheit.

Es ist ein thurm nicht fast breit, sonder viereckig. In denselben thurm wurden anfengklich durch und durch gute starcke eichene plancken gelegt, uf die plancken gutter birckendafer gedeckt, und das darumb, das die feuchtigkeit zu den plancken nicht kommen und dieselben vorfeulen kont. Uf den dafer ist, eins halben schuch dick, gutter dopperleym, wie er ge graben (doch die cleinen steinichen, so im leymen sint, reyn ausgelesen), ungefeuchtet, deicht gestossen und vhest aufseynder getemmet worden. Nach demselben ein schuch dick kleiner sandt und darauf mit cleinen feldsteinen mit allem vleis gepflastert worden. Doch mus auch bedacht sein, das nach gelegenheit des baus in der mitte oder sonst ein rinnen gemacht, welche durch die maur iren gangk, auf das wasser von regen und schnee sein abschus zu haben. Der aufgang, wie man uff den thurn<sup>z</sup>) gehet, ist ungeberlich eins mans hoch und hoher uber der thur erhohet und mit einem sondern dechlein bedeckt also, das das wasser nicht durch die thur (welche an einem sondern orth, do der winth nicht wohl zukommen kann, gesetzt) in den thurm leuft, sonder vom dach mit dem andern wasser seinen abflus hatt.

Solcher bau hatt gestanden nun in die 20 jhar und Goth lob nithe bruchfellig worden. Zur Mimmel haben wir auch ein solchen bau gehabt. Ist aber oben nicht gepflastert gewesen. Achten, das es villeicht darumb geschehen, weyl geschutz darauf gestanden. Wir wollen aber e.l. durch unsren bawmeister, der jtzo nicht einheimisch, alsbalt er widerumb bey uns ankompt, ein muster schneiden lassen und derselben zufertigen. Es wehren auch wol mehr muster, dardurch hofflichen gute aldanen zu ze richten. Es mus aber darauf gesehen sein, das es dermassen verfertigt wurde, darob es unter einer bedeckung recht treuge werden mocht und von der sonnen im anfang nicht zuriss oder durch die wisserung, bis solang es wol verhartet, verterbe. Dasselb wirt vhaft also zugericht, wie man die estrich

geust, wie e.l. alhie in unserem stublein gesehen. Dem thut man also: man schlecht erstlich ein leym, in den leim klein gestossen zigel, darunter ungeleschten kalck gemischt und mit wasser wol gefeuchtet; das wirt durcheinander gegossen, gestossen und lest es also verhereten.

Wo nun e.l. keinen meister, der damit umbzugehen wust, an der handt, wolten wir e.l. zu gefallen nach einem frachten und e.l. denselben zusenden, auf das sie solche esterich zurichten zu lassen. Diese estrich halten wol vor wasser. Wir kennen aber nichts wissen, ab sie winterzeyt den frost austehen und davon unbeschetigt pleiben möchten. Wann wir nun e.l. rathen solten, riethen wir e.l. ein solchen estrich mit vleis schlahren, solchen wol austreugen, und wan er getreugt, darauf sandt schutten und pflastern lassen, wie wir dann e.l. in dem ersten angezeigt.

Wir ubersenden auch e.l. hiebey ein andere meynung vorzeichent, habens aber nicht versucht. Wenn es verhertet, heilt es fur feuer und wasser, wie der tittel oben druben mitbringt. Ob es aber zu aldanen tuglich, wissen wir nicht. Denn e.l. nicht allein in diesem, sonder viel mehrerm freundtlichen willen zu erzeigen, seint wir geneigjt. Datum ut supra.

Commissio Principis ex relatione B. Gansen  
Princeps audivit.  
Albrecht Hack.

z) sic in ms.

N. 3162.

E Regio Monte, 4.VI.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, Samogitia capitaneo,  
ipsum meminisse sperat, quid de iniuriis subditis suis Cleipodiensibus illatis  
cancelarius suus ipsi scripserit; rogat igitur, ut – cum hactenus nihil in  
hoc negotio factum sit – diem administrandae iustitiae indicat et ad capi-  
taneum suum Cleipodiensem scribat, quo subditis suis tandem iustitia  
administretur.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 648-649.

N. 3163.

E Regio Monte, 4.VI.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Iacobo Secygnowski (in ms. Zenzinawsky)  
mittit ei puerum suum cum equo albo gradario, quos comiti Burensi [Maxi-  
miliano] suo nomine offerri iubet; alterum equum Nicolao Granvella tradi-  
cupit, qui si ipsi minus idoneus videretur, rogat, ut propria pecunia ali-  
quem bonum equum emat, "quo nos gratiam apud Illustritatem eius  
inire queamus"; petit, ut ab utroque impetrare studeat, quo res suas apud  
imperatorem promoveant; centum aureos Pruthenicos pro viatico mittit.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 650-651.

N. 3164.

E Regio Monte, 5.VI.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*in negotio cinerum, a civibus Regiomontanis retentorum, iterum respondet:  
privilegium civitatis Regiomontanae probandi cineres non tantum sua,  
sed praedecessorum regum auctoritate concessum fuisse et confirmatum,  
quod sibi infringere non liceat.*

(Latine)

Cfr. El. XXX, NN. 413, 430.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 651-652 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 21-21v).

N. 3165.

E Regio Monte, 10.VI.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*rogat, ut Alberto iuniori marchioni Brandenburgensi, nepoti suo, ad se iter  
facienti, salvum conductum per Poloniam concedere velit.*

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 429.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 652-653.

N. 3166.

E Regio Monte, 13.VI.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*castellano Posnaniensi [Andreae a Górką]*

*Casparem a Lehendorff, cubicularium suum, quaedam suo nomine ei secretius  
relaturum ad eum mittit et rogat, ut ipsum audiat, indubitatam fidem ei  
adhibeat et benigno responso eum dignetur.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVIII, N. 1106.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1172).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 653-654.

[E Regio Monte], 14.VI.1548.

*Albertus dux in Prussia*

*Andreae a Górkka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo,  
promissum exemplar aedificii, ab architecto suo confectum, mittit et edocet  
eum, quomodo eiusmodi aedificia construantur; lapidem quendam, aquae  
et calori impenetrabilem, qui prope oppidum Gotha effoditur, ei commen-  
dat.*

*Cfr. El. XXXVIII, NN. 1097, 1103.*

*(Adest conc. Germ. HBA, B, K. 1171).*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 21v-22v.*

An graven von Gorckau, den 14 Junii 48.

Nachdem wir e.l. unlangst auf derselben schreyben, darinnen sie unserer bawmeister rath, wie sie gute altanen zuzurichten, begert, unter anderm geschrieben, das wir derselben, wann unser bawmeister anheim keme, ferner erofnung thun wolten, als wollen wir e.l. freundlichen nicht bergen, das wir, so balde unser bawmeister an uns gelangt, mit ime derhalben geredt. Wiewol nun nicht ohne, wir hetten gemeint, es solle der baw uf unserem hause Ortelspurgk, davon wir e.l. am nehisten auch geschrieben, bisher bestendig geblieben sein, so bericht uns doch berurter bawmeister, das unser amptmann daselbst die anzeig gethan, das der paw wandelbar und vermutlich widerumb gepawet muss werden. Zudem schicken wir e.l. hiemitte ein muster eins baus, der auch zur Mimmel auf unserm hauss volgender gestalt gemacht, nemblichen das allewegen two flache rinnen unden liegen; die dritte, eine cleine rinne, über die obern II konchen gesturtzt, damit kein wasser zwischen ein kan. Solche rinnen werden gepicht und gelegt über den gantzen baw von einem end zum andern, und an einem end hoher weder am andern, damit das wasser sein abschus habe überhin oder in eine ander rinne. Dieweil er aber auch nurnt von goltzwerck, lassen wir uns beduncken, das er villeicht auch nicht eins sonderlichen langen bestandts sein kann.

Ferner haben wir auch mit unserm baumeister unterredung gehapt, wie die gegossen estrich zu machen. Zeigen sie an, das sie wol zuzurichten, damit solche fur wasser und kelte halten. Wie wir dann e.l. zugeschrieben, das dieselben von gutten harten geklopften zigeln, der in stuck als ungeverlich haselnusse gross, und ungeleschten kalck gemacht konten werden. So berichten sie doch, wann man sie zurichten wolte, das sie fur wasser und kelte halten sollen, muss man leinohl dazu thun, und das also, wo man sonst den zigel und kalk mit wasser zumacht, solle an des wassers stadt leynohl genomen und damit zugericht werden.

